CHR. WASI

SENARIUS.

SIVE

De LEGIBUS & LICENTIA Veterum POETARUM.

Lucret. 4.

— ut in fabrica, si prava est regula prima,
Normaque si fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum;
Omnia mendose fieri atque obstipa necessum est.

OXONII
E THEATRO SHELDONIANO 1617.

IMPRIMATUR.

JOH. VENN,
Vice-can. OXON.

FEBR. 1.
168⅚.



JUVENI EGREGIO

EDVARDO EATON Byromi F.

Chr. Wase S. P. D.

FAcit insignis ille tuus in optimis quibusque studiis profectus, cum incredibili morum suavitate conjunctus, ut siquis quid vulgi usu remotum, in iis disciplinis, quæ juventutem ornant, publico committat, dignus videaris cujus judicio libenter acquiescat, patrocinium etiam ultro ambitat. Nec enim Academica institutione, sub optimis præceptoribus, contentus, cæteris Artibus Juris-prudentiam nunc quam maxime adjungere studes, quo civis melior evadas, quam nummosior. Has animi late respicientis virtutes contemplantibus munusculum hoc, diversi licet generis, consiliis tuis non usquequaque alienum attulisse videbor. Novi sane, qui, cum liberos Juris Anglorum municipalis studio despondissent, Græcarum iis literarum, omnisque in componendis versibus curæ gratiam facerent. Id scilicet volebant, ut, omissis deliciis, filius ad quæstuosam facultatem, coopertis oculis, nectia contenderet: eoque fieret Jurisperitus omnino. Contra, qui omnia alia sentit sanior est, & tecum facit. Nolles enim ita semper ea quærere quibus abundes, ut interim partem ingenii liberalibus disciplinis excolti laudem alijcias. Habet hoc præclarum in se Juris scientia, quod capitibus & fortunis civium vim omnem & injuriam propulsat. Politior literatura sordes actioni-

bus ipsis adhærentes; causidicorum, inquam, vafritiem, calumnias, importunam diuacitatem, cæteramque adeo forensem malitiam abstergebit. Poeticus lepor caussarum tristitiam biluritate quadam offundit. Indolis istius alacritatem & vigorem noli deserere. Tuum est vetera novis, Græca Latinis adjungere, in libera Philosophia versari, Musarum Orgia tripudiare, qui Poetas antiquos cum judicio percensès. Paternum hoc obtines, si minutias & apices rei Prosodicæ examinare non fastidis: is, ubi vacat à severioribus negotiis, pro delectamento sibi habet, Plautinarum quæstionum nodos dissolvere. Nec immerito: cum tam delicato aurium judicio sit, ut tanquam unus ex Ciceroniani seculi Spectatoribus in Romano theatro, si versum syllaba justo longiorem aut breviorem audiat, reclamet & lectorem explodat. Hunc cave degeneres. Sustinebis igitur mecum comes ire, non qua compendiosius, sed qua facilius, per ambages tutas, fastigium illud subitur, unde conspectus propositi operis, in brevi velut tabella, legentium oculis subjici possit.

CARMINIS condendi ratio paucis, paullo humanioribus, penitus ignorata, non omnibus statim ex æquo apparet; quæ haud scio an nulli unquam, in Musicis vel maxime erudito, quam late pateat satis explorata fuerit. Elementa quædam disciplinarum liberalium, tironibus publice prælegenda, magistratus pie decernit: eadem magistelli vicatim in ludis literariis, pro captu cuisque suo, proponimus pueris: nec ideo indies adolescentibus omnem in his studiis proficiendi materiam præripere voluisse debemus intelligi. Excerpantur, licet, utiliora; reliqua quæ alicui usui esse poterunt,

terunt, fastidire non convenit. Ut Centimetrum Servii non teneas, in metris certe Horatianis operam ponere, magni cum sit artificii, & laboris non multi, delectationem habet, nec fructu caret. Pindaricos dithyrambos, & quicquid in orchestra Græcorum, florentibus Athenis, ad tibiam cantari & saltari solebat, ad calculum revocare plurimorum hodie parum refert. Fateor: est enim arduum & multiplex negotium tantam modorum varietatem pedibus syllabarum quatuor, juxta sonorum affinitatem aut discrepantiam, nominatim explicare. Latina vero Comœdia, cum Novæ Græcorum propior sit, à Choris immunis est, adeoque omni hac molestia caret omnino. Vetus interim Poesis, ut simplicior, ita minus in se difficultatis habet: certis autem affectionibus debet, cur requirat, ut tam operose tradatur.

Scio non deesse, qui de toto hoc genere orationis numeris astrictæ, minus honorifice & sentiant & loquantur. Leges Imperii Romani Medicis & Philosophis concessas immunitates & privilegia ad Poetas extendi oportere negant. Sic visum Philippo. sed enarratio Poetarum, teste Quintiliano, Grammaticæ subjecta est, cujus professoribus eædem Leges tam in urbibus, quam per municipia publice consultum voluerunt. Etiam Oratori cum Poetis arcta intercedit necessitudo. Parum est nitorem dictionis, acumina sententiarum hinc mutuari, nec aliunde melius instrui ad affectus permovendos, aut mores delineandos; quando viva vox Latini sermonis defecit ab autoritate Poetarum, ipsa recte loquendi regula peti necessario debet.

Cujus, quæso, eloquentiæ est in tenore syllabæ proferendæ subinde labi; semper animo incerto vacillare? Si Poeticæ Artis patrocinium hic ex professo in me reciperem, ingens porrigitur campus, ubi nostra jactuosus se effunderet oratio. Laudes divinas hymnis olim deprædicatas, Oracula, sapientiæ monita circa mores vel naturam versibus comprehensa, viros rebus cum laude gestis immortalitati consecratos. Sacri Vates ab ipso argumento spiritus sumunt, & increscunt. Præter cætera Concordiæ publicæ indicia, ubi numeros ab odiis & turpi obsequio quam maxime puros in ore hominum jactari, ubi pulchra, studiorum in Arte musica, certamina vigere cernis, ibi lætum seculum & imperium stabile non vanus ominaberis. Sed neque semper cum contentione canitur. Lyra festivitatibus adhibita, cum deliciis documenta misoere didicit. Fistulam pastoralem, quia levior agit afflatus, aut etiam in scena tibiam non refugerim. Solennibus olim ludorum qui religionis ergo indicebantur, accesserunt Tragœdi & Comœdi. Quærebat populus, civilibus aut domesticis muneribus functus, sacrisque operatus, ubi molestias animi quotidianis negotiis lassi honeste deponeret: quo fenium & squallorem detergeret: quod impleret aures: animum pasceret. Hunc in finem diriguntur fabulæ ad eximendas curas, aut lætitiam publicam adjuvandam, tot retro seculis natæ.

Verum est omnibus fere poematiis nævos passim inspergi; morum autem corruptelam dramaticis omnium maxime vitio verti. Catonem quondam è theatro exiisse memorant. Vereor ne non in scenam hodieque prodeant

prodeant fabulæ, quæ ſeveros procul arceant. Tene, publicæ feſtivitatis arbiter & moderator delecte, mores inferere pravos, qui corrigere debueras inſitos! tene multitudinis aures modis inficere, quibus purgatas oportuit! Cur muſæo lepore, ceu melle Attico, labra poculi contingis, in quo pro remediis venena propinas? An pœnitebat quantum eſſet domi peccatum, niſi populum inſuper matrimonia doceas mutuatitia, &, inſpectante, quantum eſt generoſæ pubis ferro accinctæ, gladium in proſcenio ſtringas falſi honoris vindicem? niſi per immanes tyrannos figurate cœlo ipſi bellum indicas? Videſis annon ad immanitatem ſceleris atrocius ſit, jocis civitatem perdere, quam joco civem jugulare. Quorſum autem invidiam ludicris tanto opere facio? an, quia popularis levitas, imagine quadam ſalubris eloquentiæ, non etiam ſacris interdum dominetur in Roſtris? Error omnes facile circumfiſtit mortales. Mihi tanti non ſit ingenii nobilitas, ut ea ſcribere laborem, quibus populo male placeam. Hactenus dictis, cauſſam, cur theatrum male audiat in eos fabularum ſcriptores conferre volui, qui liberaliter inſtituti cum decus ſuum honeſte factis, vel populo judice, aſſerere poſſent, tamen, ad ſtipem vel gratiam emendicandam, ſeculo nequiter ſupparaſitantur; luſus ipſos, ſi intra terminos, aliis animi refectionibus cum recta ratione præſcriptos, ſe contineant, quoad ejus fieri poteſt, extra culpam reliqui. Videas pueros in trivus parvulos puellaſque puerperia, nuptias, funera, non ſine pompa aliqua, & ſollemnibus rituum, inter ſe geſtientes ludere. Rurſus, pro diverſo

temporum

temporum habitu, simul belli rumor increpuit, ad arma velut motuum præconia se componere. Odiosus sum, si per totum puerum redirem: huc respexi. Nihil adhuc repertum esse, quod hominem valdius oblectet humanæ vitæ imagine.

Nusquam interim Poetis plus licet, quam in Tragœdia. Audaciam vero mortalis! cum videris, pertsas. Homo sane neque factiosus, neque locuples imperia condit; idem destruit. Magistratui sine suffragiis ab se creato dominationem, qua impotenter usos facit, mutu detrahit. Hæc Aulici spectant, ut in alienis periculis, libenter: &, quod in theatris plauserunt, domi timent. Vulgus interim illustrium virorum fœdos exitus, ut est ingenio fere malignum, avidis auribus bibit. Choro demum præcunti suum assensum præbet. Amare res modicas. Nemesin à tergo superbis additam horrere. inter ruinas alte cadentium incolumem sibi casam gratulari. denique, paupertatem levius ferre. Quis, obsecro, Tragicum Poetam magni non faciat, cui licet, quicquid Fortunæ libet? Quod illa diu meditatur, hic in paucas horas confert; quod illa sparsit ubivis terrarum, hic intra tecti unius angustias concludit. Interea temporis hic vir beatus in conducto habitat: nec obsonatur, nisi ære prius numerato.

Comœdiæ vero docendæ partes longe difficiliores sunt. Omnia domo debet afferre; nihil quærit Comicus. Materiæ suæ sibi faber, opus adjungit; personis mores attribuit convenientes, indit nomina. Quantum est virtutum & vitiorum, quot vitæ status & conditiones cum officiis exinde ortis, denique quot eventus

tus in omni genere insignes aratem ex turbido in tranquillum conferunt, tot Comœdiis species imponit, & colores. Actio fere culpam continet, magis quam facinus aut flagitium. Quantæ demum sagacitatis est ubi reum erroribus implicueris, ubi spem inter metumque diu torseris, eventu tandem præter opinionem lato, voti temere concepti, honesta ratione, compotem facere? Privata pauciores tangunt; adeo ut simplicis argumenti fabula vix reperiat idoneas personas quibus administretur. Loca sunt ad pietatem & justitiam; ad fidem in conjugiis, in mancipiis, in amicitiis nobilitandam; rursus adversus avaritiæ sordes, & reliquorum vitiorum illecebras in quibus imaginibus ad vivum expressis, quid turpe, quid honestum sit, quid item ex quoque consequatur, haud paullo clarius eluceset, quam in nudis Philosophorum præceptis. Hæc omnia, quo propius ad seculi, quod agitur, consuetudinem & usus accommodantur, pronioribus accipiuntur auribus, & in animos altius descendunt. Stylum tu fortassis laboris omnis expertem arbitreris, cum de medio sumatur sermo popularis. Fateor ad tenue dicendi genus eum referri debere: sed nihilominus haud scio an alibi magis periclitetur Poeta Comicus. Quis enim in dicendo paullo exercitatior non experitur proclivius esse commentanti aliquid, quod publico committat, in tumidum & inflatum orationis genus incidere, quam colloquii familiaris florem carpere, id est, puro, & urbano, & pro domesticis usibus vario, morato insuper, & qui spiritus habeat, sermone personam instruere. Philosophiam calleat oportet, non umbratilem & magni-

loquam, qualis in ſententiis fere eminet; ſed ex vita depromptam, quæ prudentia vulgo dicitur, qui Patrem, qui Maritum liberaliter gerere doceat indulgentes quidem; ſed, ubi res poſtulet, nec iratos ſupra modum, ſalvis ſemper affectibus, ne videantur in porticu potius Stoicorum officia ultra ſortem humanitatis perfecta ſimulare, quam in ædibus privatis mediocria & hæc noſtra communia colere. Non quivis Scriptor obſequia matronarum ab illecebris meretriciis, ut par erat ſejunxerit. Filium liberali quidem ingenio præditum, ſed nec adoleſcentem induxerit cupiditatibus expertem (quid enim haberet homo quod ratione regeret?) qui ſi paternis monitis minus obſequens ad extremam inopiam redierit; ibi demum Poeta, quid poſſit, oſtendat, quo juvenis perditus, ægre licet aliquando tamen ad bonam frugem reducatur. Haud vulgaris judicii eſt Servum conſtituere, quales ut in illa conditione paullo melioris notæ reperiuntur. is inter herum majorem minoremque medius, alumno tamen propenſior, conſilii non tardus, quidvis & facere & pati paratus fingitur, dum cavet adoleſcenti, ne quid incommodi eveniat: in rei nummariæ difficultate, pecuniæ quoquomodo conficiendæ provincia huic fere perſonæ demandatur: nec enim libero homini fallacias ſtruere convenire viſum eſt, nunime vero omnium, filio adverſus Patrem. Servilis interim dolus habuit locum veniæ, & aram, quo perfugeret, quod non ſibi, ſed cuſtodiæ ſuæ peccaret; cujus ſaluti providere tenebatur pariter & juſſis obtemperare. Tanti erat, hoc munere qui recte fungebatur, ut in toto fabulæ actu primariam

ſæpe

ſæpe perſonam ſuſtinuerit. Paraſitum, Lenonem, Daniſtam juveni in vitium flectendo comites inſerere neceſſum habebit, adoleſcentiæ corruptores, nequitia nobiles: voluptatis inſtrumenta, ſed & luxuriæ pœnas: verum ita ludat luto ut manus ne inquinet. Servus cum Lenone aut Daniſta committitur veterator. Velitationes hinc inde mordaces: reliquum commercium utrinque captioſum. Genera mancipiorum ex reſponſionibus eluceſcunt: hic piger, ille contumax, alius denique curioſus. Paraſitus Regi ſuo adhæret aſſentator, ridiculus, & unius eſcæ lautioris merito negotioſus. Quid autem infinitam materiam oratione complecti poſtulo; vitæ & fortunæ offenſiones quot modis in meliorem locum reſtitui poſſint? In eo Comœdia eſt occupata, ut virtutis inter mala probatæ, merces; aut culpæ commeritæ, ignoſcendæ tamen, venia fictis exemplis perhibeatur.

Vereor interim ne à Rhetoribus ipſe culpam commeruiſſe videar, qui, cum Ariſtarchi partes tuear, in Homeri laudes evager. Sed argumentum non male cohæret. Quamvis enim hæc Poemata per ſe jucunda, quamvis utilia concedantur, nonnihil fructus, plurimum certe voluptatis perit, ubi, ad Comœdias accurate ſcriptas, accedit Lector Comici metri plane imperitus. Id quod in reliquis artificiis uſu venire cernimus, ut nemo, quid deceat, quid excellat in operibus dijudicare poſſit, niſi qui Artis iſtius elementa deguſtaverit. Quemadmodum in ædificiis membrorum cum toto corpore commenſum haud facile percipiet, qui oculos eruditos non attulerit. Pariter in pictura, quo ſucceſ-

ſe de operis præſtantia judicium ferét, qui vultus argutias, elegantiam capillorum, veſtium rugas & ſinus, qui colorum temperiem, luminis & umbræ commiſſuras atque tranſitus, qui denique ſitus & mores diverſos dignoſcere non poterit, nec quibus lineis claudi debuerit? Eadem plane ratio in Muſicis, omnique adeo re Metrica. Quid in unoquoque verſuum genere conveniat, quid diſcrepet; quinam rectus ſit ſyllabarum tenor, quod intervallum; quibus limitibus ſinguli verſus terminentur; hæc omnia prius definita habere Tirones oportet; quam latentem in poematis vim & venuſtatem conſequi aut ſatis digne æſtimare poterunt. Unde, quæſo, factum quod Dramatici verſus ratio, in ſe non ſemper obſcura tot viros humanitatis & amœnioris literaturæ minime contemptóres hodieque fugiat? Materiam, leporem, orationis puritatem libenter agnoſcunt circa numeros incurioſi. Nimirum vagam & nullis plane limitibus comprehenſam modulorum veniam in antiqua Latinorum ſcena verſari, plerique temere animum induxerunt ſuum. Ita quibuſdam abnegatum in Terentio metra eſſe, Priſcianus ſua demum ætate docuit: alios perſuadere voluiſſe, ea ſibi ſolis cognita, reliquis omnibus ſemota & arcana. denique in MSS. Terentii Codd.ᵒ fere o. reperias lineamenta verſuum in unum ubique confuſa.

Cauſas hujus ignorantiæ altius ſi repetamus, imprimis abolita Romæ ſub Auguſto antiquitatis memoria effecit, ut minus multi ex priſcis ſcriptoribus ad nos pervenirent integri: tunc Tragici juxta ac Comici veteres Bibliothecis in urbe publicis dejecti: nec ſub

Cæſa-

Cæsaribus, opinor, Lucilio parcitum, Pompeii Magni magno avunculo. Nova Poesis Ennii sterquilinium, Attii veternum, Pacuvii verrucas, omnino cum fastu repulit, & exoletorum verborum fœtores procul ab se furcillavit. Autores vero honore fraudatos denuo describere librariis operæ non erat pretium. Nil profuit Varroni, rei antiquariæ peritia: hodieque non magis supereſt Q. Terentius Scaurus de erroribus Cæsellii, quam Vindicis commentarii antiquarum lectionum. Rursus Grammaticos veteres & Metricos, qua Græcos, qua Latinos, unde harum rerum cognitionem expeditissime depromptam oportuit, pene omnes longa dies delevit: reliqui ad nos vix evaserunt partim mutili, partim mendosi. Illud præterea dolendum quod ubi præcepta deficiunt, cum subsidio esse posset assidua in ipsis Autoribus evolvendis industria; priscos Scriptores eadem insederit injuria vel temporis, vel librariorum. His in pristinum nitorem restituendis invigilavit, post renatas superiori seculo literas, doctorum virorum cura non infelix: sed metri, quod in desuetudinem abierat, parum stabilis observatio Censoribus quibusdam nonnunquam obfuit. Tragœdia jam Octonarios & Septenarios dedidicerat, nisi qua Chorus forsitan excurreret. etiam Senarius legitimis Trimetris cesserat. Terentius ipse Quintiliano plus placiturus fuisset, si intra Senarios substitisset. Versus enim longiusculi moram, veluti itineris longinqui laborem, citra lassitudinem ferre non poterant aures seculi delicatioris; nedum ut animus otio degener in operosas Artis Musicæ subtilitates inquirere sustineret, quibus tamen vetus

Græcorum Comœdia exquisitissime lusit. Artes igitur ubivis publice receptæ, circa novam Poesin tirones instruere sat habent, de numeris vetustioribus, velut obsoletis, parum sollicitæ. Egregios interim juventus, Poetica in Arte progressus feciſſe creditur, quæ traditas Prosodiæ regulas imbiberit. Piget ulterius operi nihil ad farinam facienti curas impendere, & in Metricis diligentius versari, vix probro vacat.

Equidem non is sum, qui utile cum honesto conjunctum consectari recusem. Sed iis obviam ire volui, qui totum hoc lucubrationum genus carpere quam cognoscere paratiores sunt. Passim inclementer loquimur humanioribus literis. Carmen, esse juvenilis ingenii florem, cito caducum: Antiquitatis studium, cum blattis & tineis commercium: Censuram librorum, literatoriæ vanitatis pruriginem. Haud stulte sapimus; nostris enim studiis pondus addere videmur, dum alienos in materia diversa labores verbis elevamus. Sed quis mihi Menandrum, Aratum, Epimenidem S. Pauli ungue notatos obtulerit? Quanti æstimare convenit Aristophanem Chrysostomi dormientis cervicibus subjectum? Antiqua tibi sordent. aliis jucundum est incunabula L. L. inspicere, & nascentis eloquentiæ à primis vagitibus, per ætates singulas incrementa notare, quibus ex rebus constat Ciceronis Brutus suavissimus. Quod ad Censorem, eum quidem citius vilipendas quam præstes. Multum tædii est devorandum: improbus labor in conferendis inter se vetustis Autoribus, ut judicium stabile & subactum longo usu extundas. MSS diversi, scribarum insciția, multorum

multorum seculorum decursu corroborata, mendis scatent; huc si accedat interpolatorum audacia, quis Mercurius inter multifida variantium lectionum divortia monstrabit quodnam potissimum iter insistere oporteat? Equidem scio in his non verti fortunas Græciæ: tamen studiosorum interest, ut mentem autoris capiant: cujus sententiæ, titubantis calami lapsibus subinde depravatæ, nonnunquam gratia decedit & venustas: alibi vix constat valetudinis color. Non dissimulo vigilantius mihi exeundum esse eorum telum, qui objicient puerili jactantiæ propius videri quam virili judicio, quod tam levibus in caussis tantum sæpe testimoniorum produxerim, quasi magno conatu magnas nugas egerim. Fateor, siqua versibus acciderint rariora, præterque opinionem, testimoniis, quibus datum erat, velut totidem argumentis, locum affectum evicisse, nequa restaret dubitatio; quemadmodum in Verrina caussa Cicero fecisse dicitur, quum veritus ne tempore excluderetur, in singula crimina, testium, quantum producere potuit, juratos interrogare contentus adversarium reum peregit. Cur autem quid veteres sibi licere voluerint docere professus, non paucas ex recentiorum versibus autoritates aliquando citaverim, sic habe. Cum in melioris seculi Poetis quædam audacius posita retineantur, quam quæ tironibus imitanda tuto commendes, compluria hujus libertatis aversa passim vestigia ex ipsis retro legere non sum gravatus, ut per ea veteris Poesios licentiam in ipsis cubilibus deprehenderem, cujus vix odor ullus in Artibus hodie receptis percipi possit. Sintne vero versuum affectiones,

fectiones, de quibus nunc agitur, ejus momenti, ut idoneis probationibus firmari poſtulent, ex ſubjecta tabula manifeſtius liquebit.

Cap. 1. Senarii leges. item Octonarii cum juſti, tum poſtrema ſyllaba Imminuti. deinde Trochaici Septenarii. Sequitur Licentia. Spondiaſmus, ubi Spondeorum ad Iambos aut Trochæos exuperantia Doricæ gravitati fertur accepta. Juſta vero temperies ab Atticis quando Romam traducta.

2. Sibili eliſio. Contra Voſſium non paucis arguitur ς & θ priorem literam non raro abjicere. ſuper hac re diſceditur ab Hephæſtione. locus Ariſtophanis unus in Pluto, alter in Ranis à librariorum audacia ſub hoc prætextu vindicati. quod apud veteres etiam Latinos, eſt, cum compoſitis facit. eſtis vos, priſcis ſonuit quemadmodum Gallis étés vous. Baſternæ apud Valerium Flaccum. aſtare; iſte, iſthic, iſthoc, iſthuc principalem ſyllabam apud Comicos tantum non ſemper corripiunt. cur ſ tam facile excludatur.

3. Poſitio debilis more Poetarum ante c. d. l. p. r. ſ. geminatas. item d, t. t, d. cm, chm; cn, gn, ct; dm, dn, tn; mn, mp, pn, ps, pt. exemplis variis probatur. pleraque omnia ex uſu Græcæ linguæ confirmata. Ille, ipſe, ut plurimum à brevi incipiunt. Tres conditiones à Grammaticis ad infirmandam Poſitionis vim requiri: verum ex his duæ non neceſſario poſtulantur. Phædri ætas Auguſtæo Seculo vindicatur.

4. Hiatus ante pauſam, ſi aſpirata ſequatur, in diverſis perſonis maxime ferendus. in biſegmento Iambici quadrati, ſive is integer ſit, ſeu curtus, frequentatur

tatur sæpius apud Epicos, ubi alterutrum nomen est Proprium, Græculum, aut Polysyllabum, idque in Cæsuris aliquando cum Ectasi, more Græcorum. Item in majore bisegmento Septenarii, & Anapæsto dimidiato. Digressio de Communi Syllaba.

5. Ectasis in omni pede absoluto in vocem integram, maxime vero in Cæsuris.

6. Par ratio in Ecthlipsi neglecta.

7. Brevis natura, post finalem longam, Crasis & aliquando thlipsis, contra receptam Synæloephæ definitionem, usitatissime quidem post Monosyllaba; Græcorum exemplo confirmatur.

8. Vocalem cum labiali per Ecthlipsin in Monosyllabis pariter, quam rarissime exteri.

9. Vocalium ejusdem dictionis Crasis diphthongos tam Proprias quam Improprias multipliciter facit in Nominib. Materialib. item aliis in eus, ea contractis per omnes casus. similiter Meus, tuus, suus. Numeralia Duo utramque vocalem in unam conflare Syllabam, & Quatuor duas postremas. Puer Monosyllabum, puellam dissyllabum. Notandum Hujus, cujus, ejus vix ultra syllabam patere. cum inde derivatis. Par Episynalœpha in Verbis Eunt, eas, eat, eamus. in Scio, sciunt, sciebam, scies, scias, sciens. in Nominibus dies, lien, via, prior: aliisque cum Nominibus, tum Verbis polysyllabis compluribus. Confidunt in se deorsum, deosum, seorsum. Composita à jacio cum præpositione in vocalem definenti. Sanguis, Quis, quid, siquid, quicquid, Neque.

10. Diæresis. æ resolvitur in ai. oi in Troia. i durum

remolleſcit. Subiecta. Jam diducitur in duas ſyllabas. nunc iam, iocus. v Conſonans fit vocalis, ſoluit. iſſe, diſſoluo, diſſoluantur, diſſoluiſſe, diſſoluenda. Perſoluenda, reſoluit. Evoluam, evoluiſſe. Involuiſſe. Miluus, miluinus. Syluæ. Eloquere. Quid, quoiquam, aliquo. forte quoniam, nequaquam. certe aquæ, reliquus. Larua, laruatus, larualis. Suaſu, ſuavis, ſuenius, adſuevi, adſuetam, inſueta.

11. Vocalis ante alteram in eadem dictione quod non ſemper ſit poſitione brevis; indicio ſumi poterunt ei, rei, fidei; huic, quæ veteribus producunt penultimam propter latentem diphthongi vim: quæ ſubeſſe quoque videtur, cui, Dativo. ierunt incipit ab longa: ſic fieret, fieri, interfieri. Augentur in initiali velut interiecto v, ut in pluvi, fui, fuimus, fuerim, fuerint. luit. annuit. Eadem de cauſa incubuerit, voluerit, alueris. Sequuntur naturam quandoque, deeſt, præiret. Contra poſitioni natura decedunt Mæotis, Pellæo, Sigæon, Romphæa, Cyclopeia, more Græcorum: in Diphthongis ai, ei, oi, ſequente vocali correptis. Catullo iuerint videtur debitum principalis ſyllabæ tempus poſituræ condonare.

12. Syncope. ad vitandum Polyſigma in ſecundis perſonis Perfecti Indicativorum; in omnib. pluſq. Perf. Subjunct. in Perf. Infinitiv. ubi Verbor. thema ſecund. definit in xi, pſi, vel ſi. cœpſti, percepſet, oſtenſti, advertſti, attotonſe arguunt penultimam in vocibus integris gravem ab antepenult. acuta fuiſſe extritam; ut abſcondi, ſic indi, credi, reddi ad geminatam fugiendam. quomodo & Indidem. Soror. Excluſio gravis ex

Diminu-

Diminutivis eorumque confimilibus, ut vitulus, titulus: item compositis præterit. Tuli, postulare, congetulantes, cedite, cette, Porgo, Surpere, erpere, dirpere. Extruditur brevis inter mutam & liquidam, ver, per, ter, fer, phur, ver: aliquando etiam exilit compressa inter liquidam & mutam, aut geminas mutas, Valdius, caldior, soldum, ardum, horda. neminem, virgines, quæritas, clamitans. Expellitur item brevis inter literas quæ inter partiendum syllabam auspicantur. senex, senecta, senectus. manum. penum. bonum, bene. pariter imminuitur malum, malam: in Præpositionibus; con, ut concubinam; in, ut incitas, liquidam amittunt. Caput posteriori vocali revocata fit caupt. Dolet dolt, ut volit volt. Facit, feci; Tacet, respuunt c: d vero, Studet, student, sedet, videt; imo pari inter Rusticos balbutie Pedes, compedes; fide. eadem blæsitas Pater, Soror; consonanti media, adeoque syllaba multavit. Πηελόπη Πηλόπη, tanquam familiarius apud Aristoph. legendum: imo Πηνελόπου Πηλόπου.

13. Apocope. Nomina in al & ar ex Adjectivis præcisis in Substantiva transeunt. quo valet quod; que, quid. Mutilantur Enclitica. Atque, neque leguntur Ac, nec. Perque fit unius syllabæ. gutturque, saxumque, ferorque duarum. mulieremque quatuor. Quodque, unumquodque, productionem in se colligunt; μηδὲ, μηδ' etiam seq. consonante. Ne similiter. nec ultima tantum deficit, verum etiam adhærentis vocabuli extremam syllabam damno involvit, ut ain'; sic viden', juben', haben', dedin', datin', dixtin'; itan', modon', satin', potin'; ficcin', hiccin', in unam fere con-

 trahuntur

trahuntur ſyllabam: dediſtin', vidiſtin', audiſtin', in duas. Decurtantur etiam; Quippe, quip'; nempe, nemp'; ſæpe, ſæp'; Inde, indeque, inque; Perinde, perin'; proinde, proin'; Unde, und'; Tute, tut'; Forte, fort'; Fortaſſe, fortaſs'; Hercle, herel'; Simul. Enim, enimvero. Quidem: in ultima quoque liqueſcit. Infinitivis Verborum abſcinditur finalis & Imperativis aliquando. Gau. do. cœl. min. Ennio videntur ad Homericæ Poeſios exemplar abrumpi. Tam pro tamen priſcos poſuiſſe pluribus confirmatur teſtimoniis. Modo, mo. quomodo, como.

14. Ambigitur de literarum u, i, g, poteſtate. Navis, Naus. navem, navv. Boves, bos. Βόες, Βοῦς. Ovis, ὄις. Jovem, Jovi. Aves, avi, avium. Civitas. Novom. Novo-modo. Juvenix, junix. Juventus, juntus. Servitus, ſertus. Dividam, didam. Servat. Divitiæ, ditiæ. Obliviſcendi, obliſcendi. Cave, cau. Cavillator, cavillationes. Cavi, lavi, & alia Præterita quæque in avi ultimas duas in unam cogunt ſyllabam, eaſque per omnem perſonam contrahunt vel concidunt: item in evi, ivi, ovi, cum temporibus à Præterito deductis. Volo, ut Wolle Anglic. Tu vis. me vis. facere vis. mavis. Sis. Te volt. quam volt. convenire volt. nevolt. nolt, noltis. Sultis. quæ volam. Velim. ſi velis. ut velis. quantum velis. quid velia. quam vellem. rogaſſe vellem. ſi velles. me velles. velles. vellet. voluntate. voltus. voluptas. voluptarius. Vide, vides, videtque, videbatur, videndum eſt, videlicet. Invidia. Avortit, circumvortunt, prævortit, revortar, rortar; ut vurſus à revorſus, & reliqua à verſus Præpoſitione compoſita.

Venire.

Venire. vocare, evocare. volturius. villa. villicus. vah! velut. vel. Durescere videtur in his Tenuis, tenuiore, extenuantur. Genua, sinuatur, sinuatis. Ja concrescit, ut Jazyges. Japeton. Japetide. remollescit in Juli. joco. jam. juncos. durius fit in Abiete, abiegnus. Ariete, arietat. dubitatur de arietibus apud Statium an numeris respondeat. Parietibus, Mulier. g mollescere aliquando videtur. Αγλις allium. πολαλγοῦντες. magis esse, maisse. magis exigere, maixigere. ut magis velle, mavelle, malle. ingenium, ut inyenium, bonum ingenium. Φάρυγγος. ἐγκύκλον. γογγυλίζειν. καγχάζειν ἐγχωρίοις. Magistratus. rogare. negare. ego, egon? Frigidaria. strigilibus. sagitta. Degerere.

15. Systole in Imperativis primæ, ut Ama, Da, Ora, Para, Procura, Puta, Roga, Serva, Vola, Commoda, Tempera: pariter secundæ ut Move, Mane, Cave, habe, Jube, Mone, Pave, Responde, Tace, Tene, Vide: postremo quartæ, ut Abi, Redi, Feri; finalem syllabam priscis fere breviari. quod ad Adverbia, Heri, Domi, Domo, ultimam habent ancipitem. Uti, Sicuti definunt in brevem. Siquidem, simodo primam corripiunt. ibidem circa mediam variat. Modo & quodammodo breviare finalem traditum. idem contingit in Quomodo, eodem modo, novo-modo, postmodo. Protinam, propudium primam corripit. Tertia Plural. Præteritorum in erunt veteribus raptim efferebatur.

16. Diastole. Modo, dummodo quandoque finalem producere. Es à sum vetustioribus ut plurimum non corripi. Cito, ambo, Homo legi producta. Reperiri

 etiam

etiam quia finali longa. Nisi, similiter & quasi. Circa præpositiones disceditur ab usitatis Grammaticorum placitis. Prologus Græcum est per o parvum, & propino nec proinde primam perpetuo brevem habent. Profecto & proterve non ab ultimis temporibus excipiebantur è longis. Reducere, recidere, refigere, refugere, relinquere, resistere primam non raro producunt. Rellatus, remmotus, repperit, reppulit, rettulit, rettudit, etiam primam thematis geminant. Dedi antiquis à longa auspicabatur. Quarundam vocum recepta brevitas in dubium vocatur: unius aut alterius incerta quantitas declaratur.

Hactenus affecti Senarii caussas investigare conati sumus, quæ eo latent altius, quod Codd. aliter scribuntur atque legi debent: unde factum, ut quibus rationibus numeri essent explicandi, nonnunquam ipsos Criticos fugerit, dum quem locum qui morbus insederit, haud satis perspectum semper haberent. Quid sonuerit viva seculi Plautini vox, ex ipsis per se literis ægrius consequaris. Spatia versuum subsidio veniunt, ut internoscas, quid hic inculcandum sit, quid in proximum rejicere oporteat. ubi rarescant ordines, quando stipentur. ex fide, quoad ejus fieri potest, MSS. cum delectu tamen, ita ut sine justis rationibus à scripto non discedatur.

Sub hæc sciscitari voles, Juvenis Ornatissime, nisi me fallat augurium ex discendi studio, rerumque causas inquirendi, quo flagras maximo; Utrum has figuras Prosodiæ inter virtutes sermonis, an in vitio ponendas existimem? quod si quadam tenus concedatur; Cur Terentius

&

& Plautus, adeo, cum vitiosi sint, placeant? Postremo quam ob rem, cum recentissimus quisque ad Cæsares usque Oratorum in pretio maxime sit, Comicorum vetustissimi minime sordeant? Ad hæc paucis ordine. Literas opprimere non semper obscurum: interdum etiam exprimere putidum est. Subsidunt interim salebræ quod voces subjiciuntur oculis integræ, eodemque pacto versus melius dissimulatur, quasi cum tibicinem removeas. Fateor offensiunculas extare non paucas, ubi numeros ad calculum revocas; sed Plautus salibus, Terentius viva morum imagine, uterque sermonis, seculi sui, puritate probatissimi. interpoles elegantias non requiro: multa commendat ipse incomptus. unde confecerim, si cæteras partes rite tuearis, junctura mollis & clausularum belle cadentium jacturam esse facillimam. Quod autem dicendi laus in Cicerone serius ad culmen pervenerit, quæ pridem in Catone majori emicuerat, cum deliciæ scenicæ non ita magno intervallo natæ sunt atque absolutæ; majoris erat moliminis Oratorem condere perfectum, quam ornare histrionem. Suum omni humanitati constet pretium: nescio tamen an usquam magis emineat, aut latius pateat quam in divino eloquentiæ munere. Superest ut verbo rationem reddam, cur hunc Tractatum Senarii nomine potissimum appellem, cui tot diversi generis versus ubique immisceantur. Modulum figere volui, quo cuicuimodi versuum affectiones, in quantum res pateretur, revocari possent; hunc in Senario statuere consultissimum duxi. Erat enim id metri simplex & apertum: quod in omnibus expositis rationibus, quales sunt mensuræ, imprimis & necessario requiritur; ut per notissima quæque aditus struatur ad minus noti investigationem:

tionem: tantum monere vel indoctos, sat esset. Circum incunabula tibi steterunt Artes & Scientiæ. Nec ab ingenio destitutus, & ab industriæ subsidiis affatim instructus, domi habes qui studiorum tuorum cursum dirigat. Nihilo secius, si bene te novi, disquisitionum Metricarum exilitatem tueri non gravaberis, quo animo philosophas subtilitates domi foriſque coemptas transcurris. Homericum enim Ulyssem imitatus, Sirenum prætricosis cautibus insidentium, cantilenas variæ eruditionis melliſluas, ita non obturatis auribus præterveberis, ut interim negotiis astrictus nihil de recto propositi itineris tramite deflectas aut remittas. Sed in anteceſſum satis. Valeas, & quæ de tuorum consilio capeſſis, ex animi sententia proveniant.

SENARIUS,

SENARIUS

Sive

De Legibus & Licentia veterum Poetarum.

CAP. I.

Leges Iambi & Trochaici. Licentia 1. *Spondiasmus.*

SENARIUS senis decurrit pedibus; sexto quidem Iambo, idque necessario; quinque vero prioribus Iambis indifferenter an spondeis: *Afranius Sella.*

Usus me genuit, mater peperit Memoria.

Sciendum sub Spondei nomine Dactylum & Anapæstum contineri; imo & Pedem Proceleusmaticum nonnunquam: quia æque ac Spondeus, quatuor constat temporibus, ut

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Malum consilium consultori pessimum.

Item Tribrachym Iambi vicarium esse; quia tribus uterque constat temporibus.

Bona comparat præsidia misericordia

Tenendum insuper, Ultimam cujusque versus syllabam esse ancipitem.

Pariter intelligitur OCTONARIUS qui in octavum Iambum necessario desinit: alibi Spondeo locum, ubi res postulat, aperit.

Terent. Eunuch. 3 5 42.

At quem Deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.

Id. Adelph. 2 3 1.

Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.

Id. Ad. 2 2 8.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.

Verſus hic quadratus dicitur, & quod Integer ſit, Acatalectus. Alius habetur, curtus; qui, quod uno ſemipede deficiat, Catalecticus dicitur & in ſyllabam longam deponitur; præcedente, ut emendatius, Iambo, qui ſeptimum occupat locum.

Aut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus.

Reperitur etiam in ſeptimo loco, minus tamen ex Arte, Spondeus ante ſyllabam longam ſupergreſſam.

Non viſas nec mittas quidem, viſendi cauſa, quenquam.

Pes iſtic loci in exitu verſus tardus, gravis, & Moloſſo propior aures eruditiores ipſo pondere, velut Ruſticus, offendit.

Plaut. Pſeudol. 1 3. 4.

Jam diu ego huic bene, & hic mihi volumus, & amicitia eſt antiqua.

Eſt ex Iambeis ſed claudicat. Subſtituas *natua* erit Trochaicus.

Habet in adverſis auxilia, qui in ſecundis commodat.

His de Iambico genere, quod ad Comici metri rationem pertineat, præmiſſis, etiam Trochaicum attingere neceſſe habeo.

Verſus Trochaicus ſeptenis inſiſtit pedibus cum longa ſyllaba; quorum ſeptimus Trochæus eſt, vel etiam Trochæi vicarius, utpote æqualium, id eſt, trium temporum, Tribrachys; reliqui ſex Spondei cum Trochæis promiſcue.

Plaut. Sticho. 5 4 27. Anapæſtis hilaritatem effingit.

Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene noſtrum etiam Stephanium.
Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum.
Neque aqua aquæ, neque lacte eſt lacti, crede mihi, uſquam ſimilius.
Benevoli conjunctio animi maxima eſt cognatio.
Homo, qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.

Cum

Cum igitur utriusque hujus generis carminum lepor & venustas omnis fere pendeat ex pedibus inter se probe temperatis, conveniet imprimis aliquid de Spondiasmo loqui.

INTER cætera, quibus non ita paucis, vetus & nova Latinorum Poesis inter se differunt, maxime notabile est, quod in Iambicis Trochaicisque versibus prisci Tragici, Comici, Satyricique *Spondeos* ad Iambum aut Trochæum plures immiscere sibi licere voluerunt. Alternis eos sedibus recipere dignati sunt aurei & emendati seculi Poetæ; nec amplius. Apud antiquiores Spondeus, aut ejus vicarius Anapæstus, utriusque carminis sedes præter ultimam, nullo discrimine, quasvis obsidet. Unde hæc tam vaga licentia in Latium defluxerit, dicere in promptu non est, cum de eo nihil apud recentiores Grammaticos inquiritur. Veteres Metrici claudicantia carminum ad Hipponacta referre contenti, pedes tantum extremos permutari docent. Rarius Aristophani Anapæstus locum secundum quartumve occupat: nonnulla tamen ejus licentiæ vestigia apud illum exquisitissimæ artis Poetam deprehendimus. minor Doriensibus elegantia. Pindari Scholiastes (sive is, quatenus rem Metricam spectamus fuerit Heliodorus, seu quis alius) ad illud Nemeo. 6. 1. Εν ἀνδρῶν ἐν θεῶν γένος· sic ait primum versum esse Iambicum (dimetrum puta) Acatalectum: Schmidius substituit Hypercatalectum quia assumitur ἐκ. sed nihil muto quum pes ex tribus brevibus valeat Iambum. Observat interim in secundo loco Spondeum esse; deinde subjicit πολὺ δὲ τοῦτο παρὰ τοῖς Δωριοῖς. Spondeum in loco secundo versus Iambici Doriensibus in frequenti usu esse. sequitur in ejusdem Odes Epodo. 1. Επαυσε λάθαν Σωκλείδᾳ· Epodi nonum versum Iambicum esse Dimetrium Acatalectum Alcmaicum. quartus enim pes Spondeus. Possum addere Laconas Spondeis delectatos: adeo ut Laconicum versum legamus quinque Molossis continuatum. Italos autem Doricis colonis frequentatos pauci ex eruditis nesciunt. Prisciani de Metro Comico scrinia compilare non placet. Est ille commentarius non aspernandus, ut erat autor inter seculi sui eruditos, in omni arte literatoria, consentientibus posterorum suffragiis facile princeps: vel, ut ita dicam, Grammaticorum

Aristoteles. Argumentum tamen hoc minus pertractate scriptum nobis reliquit. Est ubi lucem exemplorum desideres; passim, ordinem. Opus ipsum inchoatum magis, quam pro dignitate rei justis numeris absolutum censeas. videtur enim ita docere, ut qui peritos instruat. Hipponax, ait, Pindarus, Eupolis, Æschylus, Sophocles, Simonides & Alcmæon multa peccant in leges Iambicis præfinitas. Testimonia quædam colligit ubi Trochæus Iambum ingreditur, aut Spondeus locos ejus pares, etiam extremum obsidet. Hinc autoritatem impuris Latinæ Comædiæ senariis facere voluisse videtur. Sed exempla, quæ protulit, ex rarius occurrentibus sunt. Veteres Græcos bipedali metro versuum intervalla metatos fuisse acute colligit Ruffinus, ex eo, quod apud Herodotum trimetri nomen extat. quod & liquido confirmant Fragmenta, quæ ex vetustissimis Comicis etiamnum superstant. Hæc pedis utriusque indifferentia Latinæ poesios non tam versuum affectio, quam ipsa constitutio est, & indoles: alia compositionis lex & ratio: modus, ut ita dicam, Artis Musicæ plane diversus. Cujus originem, siquidem ex veteri Græcia arcessere necesse habeamus, ad Dorismum, ut supra dixi, libentius retulerim.

Quibus autem de caussis versus hunc in modum temperare voluerunt Romani veteres, non ita cognitu difficile est. Cicero in Oratore facit propter similitudinem sermonis. Scholiastes Hephæstionis Dactylum Trochæis immiscerî solere tradit διὰ τὸ ὁμοιότητον. eleganter *Terentianus Maurus*. v. 2149.

Sed, qui pedestres fabulas soccо premunt,
Ut, quæ loquuntur, sumpta de vita putes,
Vitiant Iambum tractibus Spondiacis.
Et in secundo, & cæterùm æque locis:
Fidemque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inscitia.
Ne sint sonora verba consuetudinis;
Paullumque rursus a solutis differant.

apud Priscianum, ubi hos versus citat, in secundo legas.

Ut

Ut, quæ loquuntur, sumpta de vita putes.

Sed illud vilitatem verborum denotat, potius quam sermonem familarem. Rectius laudavit Rufinus, quomodo & ipse Terentianus hodie præfert, *sumpta de vita*. is Hephæstionis cap. 7. de Iambico versu respexisse videtur, ubi Anapæstum apud Comicos frequenter ideo reperiri dicit, οὗτοι γὰρ βίον μιμούμενοι διαλέγεσθαι δοκεῖν ἀμελουμένως ἀμελήσαντες, καὶ μὴ ἐμμέτρως. ὁ γὰρ Ἀνάπαιστος ἀμελουμένῳ ποιεῖ τὸ φέρεσθαι διὰ τὸ τρίσημον. Hi enim vitam imitati soluta oratione inter se confabulari videri volunt, non autem numeris astricta. Porro Anapæstus dictionem solutam efficit, propterea quod trisyllabus sit. malim πεφάσημεν q. e. 4. temporum.

Habet, fateor, etiam suas Veneres hic Senarius. fluit illaboratus: nec molestè scribitur, nec auditur. Cui Plautus illepidus, cui Terentius durior, vereor ut ille seculorum sit æquus arbiter. spondeis tardior incedit? dignitatem profitetur. Anapæstis aut Dactylis incitatior invehitur? in affectus exardescit. Omnem animi habitum facile induit; flebilis, lætus; vehemens, placidus; in omnia flexibilis. pedum enim permutatio multiplex, pro figurarum diversitate, varios orationi mores inserit, colores inducit. Fallit interim inter sermonem & versus velut medius & ambiguus: nec vagus; nec impeditus sed liber. Et quantula, quæso, intercapedine ab oratione soluta distinetur, qui pedum generibus numero quinque, pro arbitrio licenter usus sermo longiuscule decurrit, incertus adhuc & suspensus, nec nisi loco demum sexto, aut, ut sæpe fit, octavo versus confessus nunc Iambicus, nunc Trochaicus; alias integer, alias claudus? Maxime vero commendatur prisca simplicitate ut qui numeris minime serviat: de re totus laboret.

Quamvis autem gravis incedat Senarius Spondeis frequens, progressu temporis eruditis Romanorum auribus non usquequaque satisfecit. Non uno nomine dignitatem pre se fert spondiazon ille Plautinus de legat.

Mil. Glor. 2 1 25. *Magnai Reipublicæ gratia.*

Item Hexameter Ennianus, holospondiacus:

Olli respondit Rex Albai Longai.

Imo glorioſum illud Cæſii Baſſi Moloſſicum apud Diomed. p. 5133:

Romani victores Germanis devictis.

Sed nimiæ tarditates, non loco adhibitæ, faſtûs ſpeciem objectant, aut perſonæ gravitatem pigritiæ atque veterni vitio vertunt. Contrà nimiæ celeritates ex Spondeis in ſua reſolutis ſpatia Satyrorum ſaltus & fugas referunt. Adhibitum eſt temperamentum; tardioribus pedum, & celerioribus inter ſe conjugatis; unde decorum illud eluxit, quod in caſtigatiſſimis purioris ævi Poetis hodie cernimus. Poëſin Romanorum, ut Architecturam, utramque Doricæ propiorem, Auguſtus emendavit; Spondeo, qui plurimus apud Italos, itidem ut apud Dorienſes, Iambis inciderat, in alternas modò ſedes, Atticum in in morem, relegato. Jam Senarius legitimis trimetris ceſſit; &, qui veterum Poëtarum ſcriptis ante nobilitatus fuerat, ſuo demum artificio placuit. Hinc maximè novæ Poëſi nomen & honor. Plurima reſtant alia, circa quæ verſus hic mutationem ſubiit, inferiùs indicanda.

CAP. II.

Sibili Eliſio.

V*Eteres poſtremam, literam vocabulorum exeuntium, qualiter exit optumus, cum vocalis non inſequebatur, detraxiſſe,* monuit *Cicero* in *Oratore*; dein addit; *quod nunc fugiunt novi Poëtæ.* Obſervatum eſt hoc etiam è Græco fonte profluere cum *Aratus* maluit verſum ſic claudere --πολύφωνω χορώνη quod *Heſiodus* dixerat --λαχέρυζα χορώνη. *Euripid. Iphigenia in Aulide* v. 468. -ὅς μ' ἐφύλαξεν πόδι. *Terent. Maneto: curre. Non queo; ita defeſſus ſum.* Alibi in fine Senarii idem; *nullus ſum, ſepultus ſum, incertus ſum, expertus ſum, abuſus ſis, admiratus ſis.* Nævianus hic Trochaicus eſt.

Quid ploras pater? miram ni ventem, condemnatus ſum.

Et Pacuvianus ille; ubi Voſſ. crebro pro celebro.

Quod

Quod ego in acie celebro objectans vocum, bellando aptus sum:

Ter. Ad. 5 3 53. *Exporge frontem: scilicet: ita tempus fert.*

Id. 3 3 61. *Inspicere jubeo; & moneo quid facto usus sit.*

De nominibus quidem in *us* desinentibus quod *s.* finalis ante consonantem liquefiat, res omnibus manifesta, qui Lucretium, aut etiam ipsius Ciceronis poematia vel leviter degustarunt. idem occurrit in nominibus in *is* breve finitis. *Lucilius.*

Tum lateralis dolor certissimus nuncius mortis.

Hinc mihi corrigendus videtur *Furius Bibaculus* apud Vet. Juven. Schol.

Sat. 8, 16 *Osce senex, Catinæque puer, Cumana meretrix;* malim

Oscus senex, Catinensis puer, Cumana meretrix. *Ar. Ranis*

Καὶ ξύνεσις, καὶ μυκτῆρες ἐσφραντήριοι. q. ξύνεσι Voc. tertiæ Contr.

Ger. Vossius lib. de Arte Gram. 2. c. 16. illud *Manilii-Cyllenius Cancrum* immutat in -- Cyllenie Cancrum. negat autem Augustei ævi scriptorem fuisse. utrumque, ni fallor, non satis justâ de causâ.

Minùs interim mirum de *us* & *is* brevibus vocali non insequente: Nomen in *is* longum subunionis vinculo conjunctum nominis accentum rejicit & vocalem corripit; ut idem *Cicero* ait, *Multis modis contrahitur in multimodis. Plaut. Pers.* 4 6 34. *Heu, Hercle nomen multi-modis scriptum est tuum. ab omnimodo, omnimodis. Livius in Polymetro -- omnes sunt denis syllabis versi.* reperitur & *mirimodis: Plaut. Trin.* 4 2 86. *Quos locos adisti? nimium mirimodis mirabiles* apud priscos etiam *tecti fractis pro tectis fractis* hæc ante consonantem; sin vocalis insequebatur, magis adhuc brevitati studebant, ut *vasargenteis, pro vasis argenteis; palm' & crinibus, palmis & crinibus.* Hujusmodi est.

Plaut. Trinum. 4 2 141. Proper' annon properas.

Properas, annon properas, abire, actutum, ab his regionibus?

Plaut, Mercatore, 1 2 80. --complicand' & componendis.

Armamentis complicandis, & componendis studuimus.

Id.

Id. Truc. 4 4 3. *Regnavi ego vos verberantes, & pendentes ſimul.* q. Verberatos & pendentes.

Id. Mer. 4 4 33. quin abim' ?

Cur hic aſtamus ? quin abeamus ? incommodi. niſi forte ad tertiam Conjugationem revocanda ſit, ut. *ămus* unde, *Abi* læpe corripit uit.

Id. Men. 1 3 2. --aliis aſcriptiv'.

Idem iſtuc aliis aſcriptivis ad legionem fieri ſolet. Poteſt tamen heri ut v. ſubſidat.

Id. Bacchidib. 3 3 95. -- te me amic' atque alios.

Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis ſuis.

Hinc erat quod in quibuſdam Virgilii Codd. ſcriptum reperiri tradit *Servius Æn.* 2.

Limina tectorum, mediis in penetralibus hoſtem.

Sed obtinuit Hypallage, *medium* in penetralibus hoſtem. Subſunt interim Virgilianis operibus non obſcura veteris licentiæ veſtigia quamvis adeo latenter inſerta, ut Lectorem non attentiſſimum ſubinde fallant. *Idem Æn.* 1. 241.

Certe hinc Romanos olim volventibus annis,
Hinc fore ductores revocatos a ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent, Pollicitus.

Quicquid fiat ſecundo verſu (H. enim Stephanus ſic edidit) vulgo legitur *revocato a ſanguine.* Cod. Medicæus omittit *a*, certe in fine ſententiæ, *Pollicitus* concrevit ex *Pollicitus es*; & animadverſione dignum eſt quomodo Nomina & Participia in *s.* deſinentia cum verbi ſubſtantivi caſibus in quibus *s.* ſequitur *e.* coaleſcant, vocali brevi abſorpta. *Terent Ad.* 1 1 39. *durus ſi Nimium ipſe durus eſt preter æquumque & bonum. Plaut Penulo* 3 1 18. tuo ſie.

Ne tuo nos amore ſervos tuos eſſe addictos cenſeas

Terent. Heautontim 2 4 8. *bona ſie*

Nam expedit bonus eſſe vobis, nos, quibus cum res eſt, non ſinunt,

quibuſcum ſupprimit *s.* res eſt re'it.

Plaut.

Plaut. Trinummo 2 4 52. t' aiba'ſſe.

Pro illo adoleſcente quem tu aiebas eſſe divitem.

Plaut. Aulular 4 9 8. Fure'ſſe.

Quid eſt? quid ridetis? novi omnes. ſcio fures eſſe hic compluris.

Terent. Heaut. 2 3 92. Hu'iſſe.

Tuam amicam hujus eſſe amicam. Pulchre. Cedo. quid hic faciet ſua.

Id. Eunuch. 4 4 43. No'ſſe.

Etiam nunc non credis indignis nos eſſe irriſas modis?

Plaut. Capt. 2 3 57. meu'ſſes.

Nox diem adimat. nam ſi ſervus meus eſſes, nihilo ſecius.

Poſſum iſtos. poſtos. *Plaut. Trinum.* 3 2 75.

Dices, non monſtrare poſſum iſtos homines, quos tu quæritas.

Exiſtimo, extimo *Plaut. Stich.* 1 3 8.

Quo minus laboris illam cepiſſe exiſtimo.

Ter. Hec. 1 2 28.

Ad exemplum ambarum mores earum exiſtumans.

Plaut. Bacch. 3 6 19.

Atque ii, ſe cum fruſtrantur, fruſtrari alios ſtolidi exiſtumant

Quod ſupra dictum, *res eſt*, coaleſcere in unam ſyllabam re'ſt, paulo latius demonſtrabitur.

Dictionis genus per ſe plene dici poſtulare mihi fumo ex

Plaut. Aſinar. 1 1 40.

Ea res eſt. ſed eum morbus invaſit gravis. cui opponitur

Terent. Eunuch. 2 3 69.

Eſtne ut fertur forma? Sane. at nihil ad noſtram hanc. Alia re'ſt

Plaut. Capt. 3 2 28.

Pergo ad alios: venio ad alios: deinde ad alios: una re'ſt.

Terent. Eun. 2 2 37.

Rivalis ſervom. ſalva re'ſt. Nimirum hic homines frigent.

Plaut. Mil. Glor. 2 2 112.

Res parata eſt. vi, pugnandoque hominem capere certa re'ſt.

Id. Merc. 5 2 16.

Cogito, quonam ego illum curram quæritatum; certa re'ſt.

Id. Perſa 2 2 41.

Par pari reſpondes dicto. abi jam; quando ita certa re'ſt.

Id. Stich. 3 2 19.

Promitte. Certum eſt. Sic fac inquam. Certa re'ſt.

Id. Epidico 5 1 53.

Magna re'ſt. minoris multo facio, quam dudum, ſenes.

Terent. Phorm. 3 1 15.

Sic habent principia ſeſe, ut dico, adhuc tranquilla re'ſt.

Proverbiales has locutiones, antiquioribus cum Ecthlipſi prolatas, politior ætas integras & cum Verbo ſubſtantivo uſurpavit. Martial 1 18. Et dicit mihi ſæpe. Magna res eſt.

Similiter *is eſt. Quis* cum compoſitis ultimam abjicit Qui pro Quis

Plaut. Trin. 4 2 84.

Qui homo eſt me inſipientior qui, ipſe egomet, ubi ſim, queritem?

Ibid. 3 76.

Qui eas emit? Callicles, quoi tuam rem commendaveras.

Ecquis, Ecqui. *Ibid. 28.*

Aperite hoc, aperite, heus! Ecquis his foribus tutelam gerit?

Niſi qui, pro niſi quis *Ibid. 163.*

Niſi qui illud tractat aut movet, mutum eſt; tacet.

Numquis, numqui. *Pomponius, Proſtibulo*

Numquis hic reſiſtit, qui nondum labias lirarit mihi?

Qualis eſt, Nonius 3 56. Culeſt. *Plaut. Amphitr. 1 3 39 40.*

Ecaſtor condignum donum, qual'iſt qui donum dedit.

Imo ſic condignum donum, qual'iſt cui donum datum eſt.

Simile eſt. perſimile eſt. *Titinius Fullonibus.*

Formicæ

Formicæ pol perſimilis ſt ruſticus homo.

Veteri, non repugno, ſcriptura: ſed nec ideo Neutr. pro maſc. Valent enim ſimil'iſt, perſimil'iſt, cum utriuſque vocalis ſonus ſit affiuis, & figuræ inter ſe facile commutabiles. Sic *Magis, Magi', Mage. potis, poti', pote.*

Cornix eſt, Cornix't. *Plaut. Aſinar* 2 1 12.

Picus & Conix eſt ab læva, Corvus porro ab dextera.

Reſtat adhuc gravior difficultas, in vocibus eſt, adeſt, ineſt, poteſt, in brevem ſyllabam deſinentibus. e natura quidem tenuis eſt: videtur autem st. ſic abſorberi, ut in vernaculæ Gallorum linguæ hodierna pronunciatione excluditur.

Eſt *Plaut. Mil. Gl.* 2 3 40.

Hercle! quicquid eſt, muſſitabo, potius quam inteream male.

Ter. And. 2 6 17.

Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod tibi ſuccenſeat.

Plaut. Trin. 2 2 39.

Is probus ſt, quem non pœnitet, quam probus ſit, & frugi bonæ.

Adeſt *Pomponius, Præfecto morum.*

Pater adeſt: negato eſſe hic me. Ego operibo caput.

Senarius à Tetrabrachy incipit; qui pes quatuor brevium ſyllabarum ſpondeo temporibus reſpondet. Pæona vero quartum non capit.

Plaut. Amphit. 1 3 6.

Sed ubi ſummus Imperator non adeſt ad exercitum.

Ineſt *Plaut Mil. Glor.* 3 1 38.

Ineſt in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.

Id. Rudent. 4 4 34.

Neque meum hodie eſſe unquam dixi: ſed iſthic ineſt ciſtellula

Ibid. 38. *Iſtic in iſta ciſtula inſunt, quæ iſtic ineſt in vidulo.*

Poteſt *Plaut. Trinum.* 3 3 2.

Potest fieri prorsus, quin dos detur Virgini.
Amor extorqueri non potest, elabi potest:
Fidem, qui perdit, nil potest ultra perdere.

Ter. Hec. 3 5 29. Septenarius est Trochaicus

Neque alio pacto componi potest inter eas gratia.

Plaut. Pseud. 2 2 38.

Potest, ut alii ita arbitrentur; & ego ut non credam tibi.

Virgil. Æn. 3 171. & in *Ciri*

Nec potest Jonios fluctus æquare sequendo.

Varro Marcopoli. περὶ ἀρχῆς.

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui potest plus, urguet; piscis ut sæpe minutos
Magnus comest; ut avis enicat accipiter.

Variant Mss. Oxon. partim, Quippe te. Alii, Qui pote: quæ scriptura eodem redit.

Gerardus Vossius. lib. de Arte Grammat. 2 c. 16. Vocalem in media dictione sequente ΣΤ nunquam putat inveniri correptam: ambigit de Latinis veteribus; nedum de novis Poetis assentiatur; imo ne Græcos quidem tantum sibi licere voluisse existimat. Facit autoritas tanti viri, ut quæstionem argumento nostro perappositam accuratius edissertemus: quo constet omnibus nos, ut ab eo dissentiremus non levibus fuisse rationibus impulsos. Fateor apud seculi probabilis Poetas non nisi unicum Syncopes hujus exemplum, quod meminisse datur, occurrisse. *Valerius Flaccus Arg.* 6.

Illinc juratos secum trahit Æa Basternas. de populi nomine non finit *Ovid.* dubitare. *Tristium* 2.

Proxima Basternæ Sauromataque tenent Antiquiores vero Latinos, præsertim dramaticos, quod attinet, uberior exemplorum seges ibi proveniet. Iste prima brevi *Terent. Prol. Andr.* 15.

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant. Pacuvius Medo.
Possum ego istam capite cladem averruncasse?

Plaut.

Plaut. Curc. 3 49.

Sed istum, quem quæris, ego sum. Quæso, tune is es?

Odiosus essem si singulos conquirerem Plauti Terentiique versus in quibus vox, *iste*, priorem vocalem corripit. Melius erat ostendere non sine ratione id fieri, nec nullo niti exemplo. Viteres Latini, teste Quintiliano l. 9. c. 4. dixerunt, in Appositione, *Belligerare po' meridiem* quemadmodum hodieque dicimus, in Compositioue, *Pomeridianus*. *Priscianus* in memorato *de Metris Comic. lib.* illud *Homeri* nobis protulit.

Χαλκίδα τ', Εἰρετρίαν τε, πολυστάφυλον θ' Ἱστιαίαν.

Quo minus mireris si prior consonans in *Isti* liquescat. Camerarius adducit ex eodem in Odysseæ ε'. Κλῦθι ἄναξ ὅστις ἔσσι. sæpius etiam occurrit eadem vox. ut Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅστις τριαῦτά γε ῥέζοι, *Pindarus Isthm.* 5. 56. τετείχισται *Id. Pyth.* 10. 48. θαυμαστάν *Id. Isthm.* 7 60. ἄιστος penultima brevi posuit.

Euripides Phœniss. 419. Κοίτας μαστεύων ἢ φυγὰς πλανώμενος. Possum addere *Homerum* nunc εὔκτιτον alibi εὔκτιστον dicere. sed pergo. Isthic, isthoc, vel isthuc priorem corripiunt.

Plaut. Asinar. 1 1 19.

Quid isthuc sit, aut ubi isthuc sit, nequeo noscere

Ibid. 17. *Quid isthuc est, aut ubi isthuc est, terrarum loci?*

Terent. Andr. 2 5 9.

Neque isthic, nec alibi tibi erit usquam in me mora. Hem!

Satis sit digitum intentasse: nec hoc ignorant Græci. *Euripides in Cyclope.* Σιγᾶτέ νυν. δόλον γὰρ ἐξεπίστασθε *Aristoph. Lysistrata.* Πῶς οὖν ὑμεῖς δύνασθε παῦσαι τεταραγμένα πράγματα πολλά; Anapæstus est Aristophaneus tetrameter Catalecticus. *Id.* Αχαρνεῦσι. καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα διὰ τῶν Καυστρίων. Vox ἐτρυχόμεσθα facit spondeum cum Tribrachy sequitur Anapæstus in quarta senarii sede.

Pindar. Olymp. 3. 56.

Πνοιᾶς ὄπισθεν βορέα. ubi vocis ὄπισθεν penultima corripitur. Si quis objiciat ὄπισθεν & ὄπιθεν, ὅστις & ὅτις, μαστεύειν & ματεύειν,

εὔκπις & εὔκπτος utrovis modo legi: is ſane de ſcriptura modo litem movet; cauſa concedit.

Uſquam *Plaut. Aſinar.* 1 3 22.

Nam neq; uſquam fictum, neque pictum, neq; ſcriptum in Poematis.

Hac poſitione ſic debilitata, geminus *Ariſtophanis* locus mendo liberandus mihi videtur, eoque inſigni. in Pluto hodie legitur. Η γλῶσσα τῷ κήρυκι τάτων πέμνε). crediderim ab ipſo Poeta ſcriptum πεμνέσθω. deinde, ſcribas, partim impietatem vocis averſatos, partim diſcrepantia numerorum, quæ videbatur, permotos, dictionem, in modum, quo nunc legitur, enunciativum non ſine detrimento ſenſus reformaſſe. Priori rationi infirmandæ ſuccurrere oportuit, quis, cui, dixerit male. Cario ſervus eſt. illi autem conditioni tanquam abjectæ, & nihil altum ſapienti minimum honeſtatis adeoque reverentiæ adverſus Deos à Poetis Comicis tribui ſolet: Repetatur ſupra qualis Æſculapii fano incubuerit. nihil admodum ſanctæ venerationis ab illo oriturum ſperabis. item Mercurium cogitent hiſtrionem hac imprecatione exceptum; qui mortali patre natus, non minus quam quivis noſtrum formidaret malum. Quod ad metricam autem rationem ſpectat, jam ante, modo, probatum dedimus σ ante θ non raro liqueſcere poſt vocalem natura brevem. Quin & alterius loci ex conjectura emendatio nobis una eademque opera confirmabitur. *Id. Ranis.* Euripid. ad Bacchum.

Ηκω γὰρ ἐς γῆν, φησὶ, καὶ κατέρχομαι

Ηκειν δὲ ταὐτὸν ἐστι τῷ κατέρχομαι. Aptius & rotundius

Ηκειν δὲ ταὐτὸν ἐστι τῷ κατέρχεσθ quomodo in illo ſeptenario

Μητροτίμῳ δεῦτέ με χρὴ τῷ ζκότῳ δικάζεσθαι

Nec enim omnino aſſentior Hephæſtioni penultimum pedem ſpondeum ſtatuenti. *Eſtis* prima correpta legitur.

Plaut. Pſeud. 4 7 37 38.

Heus ubi eſtis vos? hic quidem ad me recta habet rectam viam.
Heus ubi eſtis vos? heus adoleſcens, quid iſtic debetur tibi?

Plane ut Gallicum *Hola! ou eſtes vous?*

Id.

Id. Ciſtellar. 3 18.

Ubi eſtis ſervi? occludite ædis peſſulis, repagulis.

Id. Captiv. 5 1 30.

Ubi eſtis vos? ite actutum; Tyndarum huc arceſſite.

Id. Poen. 3 1 8.

Quin, ſi ituri eſtis hodie, ite, aut ite hinc in malam crucem.

Ἐσὼν prima brevi. *Pindar. Iſthm.* 8 63.

Quidni minus gravate feramus *Ennianum* illud apud *Varronem.*

Subulo finitimus propter aſtabat aquas.

Diverſi carminis illud alterum apud Feſtum videtur.

Plaut. Moſtellar. 5 1 16.

Illico, intra limen aſtate illic, ut, cum extemplo vocem.

Id. Epid. 5 2 26.

Tibi moram facis, cum ego ſolutus aſto; Alliga, inquam, colliga.

Sic legendum ſupra videtur

Quaqua tangit, omne amburit; ſi prope aſtes calefacit.

Multum valet accentus: in antepenultimam eum retrahi oportere in *Feneſtra* ſuadet autoritas.

Plaut. Caſin. 1 1 44.

Quid facies? concludere in feneſtram firmiter.

Id. Rudent. 1 1 6.

Illuſtriores fecit, feneſtraſque indidit.

Id. Milit. Glor. 2 4 26.

Nec feneſtra niſi clathrata: nam certe ego te hic intus vidi.

Terent. Heautont. 3 1 71, 72.

Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. Hui!

Quantam feneſtram ad nequitiem patefeceris?

Interjectionem poſterioris verſus initio deberi currentis ſeculi

culi usus valde commonefacit, contra dispositionem pervolgatam

Hui! quantam fenestram ad nequitiem patefeceris?

Plaut. Persa. 1 3 20.

Terrestris te coepulonus compellat tuus. Versus est concatenatus

--*O mi Jupiter-restris te coepulonus compellat tuus.*

Velut ad vitandam cacophoniam, ut *Protesilaodamia.* subabsurde. fateor; sed Parasitis adversus servos, puto, ridiculis esse licebit. Terrestris enim mediam illi usitate producit.

Id. 1 2 86. *Terrestris cœna est. Sus terrestris bestia est.*

Consonantes asperiores, teste Quintiliano L. 9. c. 4. in commissura verborum rixantur. sic, s. ultima si sequens vox ab eadem incipiat, ut *ars studiorum*, cum binæ inter se colliduntur stridorem edunt tristiorem. pariter fit in x. si s. adjungitur ut exurgo Servius Sulpitius alterum subtrahit, Lauranius reprehendit, Messala defendere solebat.

Quod s. geminatum non semper producat vocalem quæ suapte natura non sit longa, ad proximum caput plenius ostendere differam. nunc rationem inquirere convenit, siqua possit investigari, cur s. ante consonantem liquescat.

Polysigmatis convicium auribus Atticis versus Euripidis fecisse dicitur

Εσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ελλήνων ὅσοι.

Dorienses contra litera hac minime sunt delectati. Pindarus ἀστιγμοποιηθεῖσαν ᾠδὴν scripsit: idem σὰν κίβδηλον vocat. Item Lasus Hermionensis ἄστιγμον ἀοιδάν. Hunc esse suspicor anguem illum sacrum quem, Cadmus Thebarum Bœotiarum conditor interemisse dicitur; de quo vocem illam auditam referunt Quid, Cadme, peremptum serpentem spectas? & tu spectabere serpens. Certe legisse memini qui existimet Cadmum & Harmoniam cum in Illyrios fines penetrassent, in angues conversos fuisse eam ob causam tradi, quod Græci sermonis vena purior, ubi ad illas regiones deventum est, in Barbariam desineret, sibilis, ut opinor, frequentibus inquinatam. quod hodieque

dieque in Sarmatica loquela deprehendere licet, ex crebro linguæ crispantis in dentes allisu. Bœotii vero notabiliter non tantum σσ in ττ convertebant, verum etiam aliquando 5. ut Cebes Thebanus apud Platonem Ιττω Ζεὺς. Aristoph. in Acharnensib. Ιττω Ηρακλῆς pro Ιςω Lucianus in Actione σ adversus τ injuriarum & damni dati, Lysimachum Comicum Poetam, Bœotia oriundum inducit, unde illa omnia resciverit. Eadem loquendi proprietas Laconas, Siculos, adeoque Italos pervasit, blæsitate quadam Orientalis, non penitus ignorata, qui duas Alphabeti literas extremas inter se facile commutant. imo parvulis inter prima loquendi tentamina familiari.

CAP. III.

Positio debilis.

DE POSITIONE, quæ dicitur debilis, superiori capite nonnihil tractavimus. supersunt non pauca ad idem argumentum spectantia quæ attexere hic loci convenit. Sunt voces in quibus s. geminatur, quæ alteram ex duabus consonantibus facile deterunt. Notum hoc lectoribus *Homeri* studiosis in voce Οδυσσεὺς. Ulysses, ut Οδυσσεὺς media ancipiti.

Bac. 4. 9. 16.

Hæc exurit ego sum Ulysses cujus consilio hæc geruntur.

Miles Menelaus est: ego Agamemnon. idem Ulysses Laertius.

Pedissequam *Plaut. Mercat. Arg.* 5.

Quojus sit percontatur servos pedissequam.

Aristophanes σφηξί. Ινα γινώσκης τ' Ἰθασσευτήν.

Pindar. Isthm. 2 67. ἐλινύσσοντας media correpta.

Esse primam corripit. *Plaut. Aulular.* 2 4 36.

Censen' vero adeo esse parcum & misere vivere?

Terent. Heautont. 4 8 26.

Desponsam quoquo esse dicito. Hem! isthuc volueram.

Id. Hec. 5 1 31.

Sed eſſe falſa fama nolo gnatum ſuſpectum tuum.

Plaut. Merc. 5 4 1.

Ad patrem ibo, ut matri iram ſibi eſſe ſedatam ſciat.

Id. Penulo. 4 2 67.

Id eſſe factum ex ted ortum male credam & eredam, tamen.

Ex te attrahit d. ut fiat ex ted ortum.

Ridiculoſiſſimos *Plaut. Sticho. 2 2 64.*

Ridiculoſiſſimos reverram hercle hoc quod converri modo.

Sunt etiam voces, in quibus *l* geminatur, quæ priorem liquidam uſu perdunt, ut apud *Homerum* Αχιλλεύς. ſimiliter.

Plaut. Penul. Prol. 1.

Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet.

Id. Merc. 2 4 20.

Achillem orabo, ut aurum mihi det, qui Hector expenſus fuit.

Id. Bacchidib. 4 8 14.

Relictus. ellum non in buſto Achilli, ſed in lecto actubat.

Apelles *Plaut. Epid. 5 1 20.*

Quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis

Hæc rariora. ſed illa nulla non pagina, priorem brevem lectoribus, ad pedaturam verſuum diligenter attendentibus, offert. Pauca, quæ ad manum erunt teſtimonia, ſubjicere libet. reliqua, juventus, rei antiquariæ ſtudioſa, conquirant, &, velut in certamine muſico, verſus Comicos ad leges jam deſitas revocent.

Terent. And. 1 1 59.

Id illi erat nomen. Tenea. Phædrum aut Cliniam.

Ita plane habent ſchedæ Weſtmoniaſterienſes ſcriptæ Anno 1398. Vulgo tranſpoſita legitur *Illi id* erat nomen. calle protrito.

Ibid.

Ibid. 3 3 32.

Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.

Plaut. Aulular. 3 5 40.

Compellarem ego illum, ni metuam ne deſinat.

Terent. Heautont. 4 5 42, 43.

Fiat. quæratur aliud. ſed illud quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi.

Id. Andr. 5 2 12.

Sunt. cur igitur hic eſt? quid illum cenſes? cum illo litigat

Ibid. 17.

Quidnam apportas? nihil equidem niſi quod illum audivi dicere

Plaut. Trinum. 3 2 46.

Ille qui aſpellit, hic compellit; ille qui conſuadet, vetat.

Illic *Ter. And.* 4 4 3.

Puer, hercle, eſt Mulier, tun' poſuiſti hunc? ubi illic eſt?

Plaut. Captiv. 3 5 9.

Illic eſt abductus recta in phylacam ut dignus eſt.

Simillimæ *Plaut. Aſinar.* 1 3 88.

Portitorum ſimillima ſunt jamnæ lenonia.

Supellectilis *Id. Sticho.* 1 2 5.

Jam, quidem in ſuo quidque loco niſi erit mihi ſitum ſupellectile.

Supellectile *Terent.* 4 3 61.

Supellectile opus eſt: opus eſt ſumptu ad nuptias.

Supellectili *Plaut. Pœn.* 5 3 26.

Tace, atque parce muliebri ſupellectili.

Libello *Plaut. Curcul.* 1 3 6.

Ubi tu es, qui me libello Venerio citaviſti? ecce me.

Expapillato *Plaut. Mil. Glor.* 4 4 44.

Id connexum ex humero lævo, expapillato brachio.

Proverbialiter Græci Φάων ὑπάρχεις τῷ κάλλει ϛ τ τρόπον.

Apud Pindarum Olymp. 2 142. Αλλέγον) Olymp. 13 163. ἀλλὰ. Pyth. 1 101. Μεταλλάσσοντας. Pyth. 4 414. αἰόλλει. Euripid. Απαλλαγμὸν ὡς σοί. — Sophocles in Telepho.

Τίδ', ὦ τάλας σὺ, τοῦδε πεθεσθαι μέλλεις; hæc tenorem proprium retinent ante liquidam geminatam. Obertus etiam Gifanius in Virgilio legit, & *navifragum scyllaceum.*

cc non necessario producit præcedentem vocalem brevem. ut in Hiccine. *Terent. Andr.* 5 4 4.

Quid tu Athenas insolens? evenit. sed hiccine est Simo?

Hoccine *Id. And.* 1 5 1. *(patris*

Hoccine est humanum factum aut inceptum? hoccine est officium

Ecca ipsa *Id. Eun.* 1 1 34.

Sed ecca ipsa egreditur fundi nostri calamitas.

Eccum. *Id. Eun.* 3 1 5.

Deducam. sed eccum Militem! est istuc datum.

In occulto *Plaut. Captiv.* 1 1 15.

In occulto miseri victitant succo suo.

Id. Trin. 3 2 38.

In occulto jacebis, cum te maxime clarum vales

Accumbe *Id. Mostell.* 1 3 150. *(mensulam.*

Age, accumbe igitur. Cedo aquam manibus. Puer, appone hic

Occasum *Id. Menæchm.* 2 2 82.

Tum facico, ante solis occasum, ut venias adversum mihi

Apud Aristophanem alicubi σάκκους primam corripit Imo quamvis diversarum sint dictionum non modo syllabarum. *Ter. Phorm.* 4 3 21.

Quid hic cœptat? aut quo evadet hodie? an legibus.

His affine est, cum c post brevem, qu. in sequentis vocis initio, correptum excipit. *Ter.*

Ter. Eun. 4 2 14.

Sed quid hoc, quod timida ſubito egreditur Pythias?

Id. Aud. 3 2 9. (*nam id eſt?*

Vel hoc, quis non credat qui te norit, abs te eſſe ortum? quid-

d. geminatum præcedentem ſyllabam antiquitus non pariter produxit, ut hodie facit.

Plaut. Stich. 5 6 8. *Redde cantionem veteri pro tuo novam.*

Id. Pſeud. 4 7 87.

Quin tu mulierem mihi mittis aut reddis argentum? mane.

Id. Mercat. 5 4 29.

Redde filio. ſibi habeat jam ut vult; ſibi habeat, per me licet.

Imo etiam in ſeparatis dictionibus, cum ſe invicem ſequuntur, altera deteritur & inter enunciandum furtim diſparet.

Id. Pſeud. 1 4 7. *Neque ad detexundam telam certos terminos.*

t ſequente d diſparet *Plaut. Menæchm.* 1 2 22.

Sic hoc decet dari facete verba cuſtodi catæ.

Id. Pſeud. 2 2 32.

Ballonis curo argentum, accepto, expenſo, &, cui decet, dato.

d Similiter ante t *Ter. Eun.* 444.

Quid tibi huc reditio eſt? quid veſtis mutatio?

Plaut. Trin. 3 2 83.

Quid tibi interpellatio, aut in conſilium huc acceſſio eſt?

Niſi forte contendas pronomen hoc priſcis inflexum, ut Triſtis, triſte. ſic Quis, que. Mihi, certe hoc admodum probabile videtur; primo, quia remanet ejuſmodi inflexionis Ablativus, qui quibus; ut triſti, triſtibus. Analogiam hanc obſervat Servus de octo partibus orationis MS. in Archivis Coll. Magdalen. Oxon. inſuper adjicit idem autor *Originum libb. Catonem* ab his verbis auſpicatum *Siques homines.* Huc accedit, quod multiplici autoritate infra in Cap. de Apocope probabimus, d paragogicum in dimetiendo verſu interdum ſurdeſcere.

descere. Neque nihil momenti huc addit, quod in Romano Rustico sermone Longobardi *che*, Galli *que* non aliunde tractum, hodieque retineant.

p Geminatum, cum brevi vocali subjectum fuerit, quandoque accentum, nec tempus variat. Philippi, Philippei, Philippicum secunda brevi

Plaut. Pœn. 1 1 38.

Trecenti nummi Philippi. sexcenti quoque

Ibid. 3 5 26.

Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri.

Ibid. 3 3 57.

Trecentos nummos Philippos portat præsidi

Ibid. 3 4 4.

Trecenti nummi, qui vocantur Philippei

Ibid. 22.

Cum auri ducentis nummis Philippis. quippini?

Ibid. 3 1 55.

Quomodo trecentos Philippos Collybisco villico

Ibid. 3 2 22.

Verum ad hanc rem agundam Philippum est. ita nos assimulabimus,

Id. Trin. 1 2 115.

Nemo est. nummorum Philippeum ad tria millia

Ibid. 4 2 113.

Philippeum, quod me aurum deferre jussit adgnatum suum.

Ibid. 117.

Si hunc possum illo milli nummum Philippo circumducere

Ibid. 123.

Atque etiam Philippeum, numeratum illius in mensa mana

Ibid. 5 2 34.

Spondeo. & mille auri Philippeum dotis, dotem nihil moror.

Ibid.

Id. Truculent. Act. 5. 60.

Hem tibi talentum argenti: Philippeum eſt: tene tibi.

Ibid. 4. 2. 8.

Vel ut ducentos Philippos reddat aureos

Id. Bacchid. 4. 8. 27.

Nunc niſi ducenti Philippi reddantur mihi

Ibid. 28.

Quid fit? ducentis Philippis peperi. vah! Salus.

Ibid. 41.

Ducentos nummos aureos Philippos probos.

Ibid. 78.

Nunc quaſi ducentis Philippis emi filium.

Ibid. 4. 9. 45.

Cepi ſpolia. is nunc ducentos nummos Philippos militi.

Ibid. 74.

Pater ducentos Philippos quæſo militi

Ibid. 88.

Philippis redemi vitam ex flagitio tuam.

Ibid. 103.

Da mihi ducentos nummos Philippos, te obſecro.

Ibid. 127.

Binos ducentos Philippos, jam intus efferam.

Ibid. 38.

Ducentos & mille Philippum: tantum debuit

Verſus ſcanditur perinde ac ſi legeretur ducentum. Non incupidum auri fuiſſe credas: ita Philippos ultro citroque jactat. nec ignoraſſe credibile eſt, aurei quo nomine appellarentur, Achaia jam tum in ſocietatem Romanorum recepta; neque vero ſecus pronunciaſſe quam ſeculi conſuetudo tulit. Haud quaquam vereor nequis objiciat hæc temere Plauto impru-

imprudenti excidisse. amat sic loqui: nec unquam varius est. constantia testimoniis pondus addit, & fidem astruit, veteres Romanos accentum, quam literarum positionem, potiori loco habuisse; eundemque tenorem in obliquis retinuisse, quem in recto sumpserant: nec geminatas consonantes magnopere pensitasse. An huc faciat Trochaicus ille Aristophaneus sub finem Avium, non sum adeo sollicitus.

Κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστόρων κείνων τῶν φιλιππων.

Stratippoclem *Plaut. Epidic.* 2 2 61.

Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanai filium.

Oppressionem. *Terent. Adelph.* 2 2 30.

Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet.

r Geminum cum aspiratione non semper valere ad brevem, quæ antecesserat, producendam, docent *Ocyrrhoe* apud *Ovid.* & *Callirrhoe* cum apud eundem, tum etiam *Persium.* altera enim ex liquidis quæ adest, Poetice, vel Græcis autoribus, abesse potest.

Arrhaboni *Plaut. Mostellar.* 3 1 115.

Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas.

Possit quis conjicere t etiam geminatum parum valere ad positionem ex

Terent. Heautont. 1 1 14.

Ita attente tute illorum officia effungere.

Sed malim versum illum copulare cum præcedenti.

Muta ante liquidam vel semivocalem, vocalem brevem, quæ antecesserat, communem reddit.

c ante m. *Horat. Carm.* 2 4 6.

Forma captivæ dominum Tecmessæ.

Notum hoc: illud non item vulgo observatum idem in diversis dictionibus fieri

Plaut. Stich. 1 2 16.

Minime. nolo turbas. sed hoc mihi optumum factu arbitror.

Ter.

Ter. Andr. 1. 1. 16.

Sed hoc mi molestum est. nam isthaec commemoratio

Hephæstion, licet arguat, si finalem mutam initialis excipiat liquida, vocalem communem non fieri, sed plane longam, ut apud Alcæum.

Ἐκ μ' ἐλάσας ἀλγέων & Ἐκ' ἀσκηθὴς σαώσῃς.

Probat quidem in diversis dictionibus posse produci: sed, ut mihi videtur, mendose colligit aliter fieri non posse, cujus contrarium exempla hic allata satis evincunt.

In singulari voce Græcis frequenter corripitur. Cratinus Cleobulinis Ἐστιν ἄχμων Id. Horis πεσοῦσα πνιμεῦν. Euripid. Ἀνὴρ ἀχμαζων. Οὐκ ἐξιχμάζω. Ἀνδρομήκεις. πεχμήκοτων ὀχλ. πεχμαιρεῖς. *Hoc mihi.* Eurip. Νεοχμ. Μὴν μ' ὀχμάζῃς. ὀχμάσας Aristoph. Acharn. δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας. ita apud eundem Euripid. Σπαναγμὸς, media correpta; par enim ratio Palatinarum κ γ χ.

Nec illud novum quod *cycnus*, *cygnus*; *Horatio*: *Procne Progne*, *Petronio*, primam corripiunt, quemadmodum apud Græcos ἄκνων, δάκνων, Theognis δάκνομαι. Aristophanes πνικτὸς. Pindarus. Κύκνον. Sophocles Philoctete 1395. Πάρεστιν ἀρὸς οὖτος, ζῶντά μοι, πρόξυνον τίκτον. *Id. ibid.* 1355. Οὐ γάρ μὲ πλήξ. ἢ παρελθόντων δάκνει. ταύτης ἰκνοῦμαι σ'. Κἀγώ σ' ἰκνοῦμαι.

chin. similiter vim amittit, *Martialis*, 7 8 5.

Delectat Marium & pernicios us Ichneumon.

Euripides. χρονίαν ἰχν. ἴχνος. πίχνα. παχνωθῆσα. Pindarus. λάχνας. Aristophanes λύχνον prima passim correpta.

Latini Comici in diversis etiam, non syllabis modo, sed & vocibus idem factitant.

Plaut. Bacchidib. 3 3 11.

Quid hoc negoti est Pistoclerum Lydus herum quod tam ciet?

Id. Capt. 3 5 40.

Quid sit hoc negoti? meus sodalis Philocrates.

Terent. Hec. 1. 2. 22.

Sed quid hoc negoti est? modo quæ narravit mihi?

Id. Phorm. 5 8 11.

Et hoc nihil est quod ego narro. tu narra scelus.

gn Minus valet ad brevem producendam.

Plaut. Stich. 4 2 4.

Sed videon' ego Pamphilippum cum fratre Epignomo? atq; is est.

Id. Men. 3 2 3. Non, faxo, eam esse dices: ita ignorabitur.

d Antem in separatis dictionibus brevem natura non semper extendit situ.

Plaut. Pseud. 4 6 38.

Facere, ut det nomen ad molarum coloniam

Id. Persa. 4 4 68.

Aut patriam tuam aut parentis. cur ego id mirer, mi homo?

Id. Merc. 2 3 117.

Quid id mea refert? quia illi suam rem esse aequam est in manu.

Græci ante τμ & ante θμ brevem corripiunt. Euripid. Oreste. Θεομανεῖ πίτμῳ. Cratinus in Panoptis i. e. omnividis - ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθματρί· hinc quæritur an idem in Chironibus, cum dixisset Σκῆψιν μὲν χοίρωνες ἐλήλυμεν, ponat pro ἐλήλυθμεν brevi tantum vocali exclusa. Hephæstion syllabam ablatam affirmat cum ibi, tum apud Achæum in Cygno. Κύκνε ἢ πρῶτα πρὸς δόμους ἐλήλυμεν quia ibidem in secunda quoque Plurali reperit Τοίου δὲ φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε. sic μυθμὸς. σταθμόν.

V. Cl. Gerardus Voss. Polymneiam ex Horatio & Ovidio nobis affert, quod præponit vulgatæ Polyhymniæ etiam recte Polymnestora rejicit, qui Euripidi in Hecuba Πολυμήστωρ dicitur. Affert etiam ex *Silii 8.*

Ecce inter primos Theramnæo a sanguine Clausi.

Ex Latinis dictionibus proferre tuto potuisset Omnis.

Ter. And. 2 3 17.

Sine omni periculo, nam hoc haud dubium est quia Chremes.

Plaut.

Plaut. Trin. 3 20.

Cui tuam rem cum credideris sine omni cura dormias.

Versus recipit concredideris.

Ter. And. 4 2 11.

Per omnes tibi adjuro deos, nunquam eam me deserturum.

Id. Eun. 4 4 56.

Hac re & te ab omni turba evolves, & illi gratum feceris.

Ita tres quatuorve Mss. quomodo *Arnobius l. 7. Patrimoniis ab ingentibus evolutos*

Id. Heaut. 2 4 6.

Omniumque adeo vostratum, volgus quæ ab sese segregant

Id. Adelph. 3 2 33.

Nostrarum vitam omnium in quo nostræ spes omnesque opes sitæ

Id. Phorm. 5 6 13.

O omnium, quantum est qui vivont, homo hominum ornatissume

Plaut. Stich. 4 1 21.

Omnium me exilem atque inanem fecit ægritudinum.

Lucret. 1 119.

Per gentis Italas omnium quæ clara clueret.

Terent. Hec. 5 4 27.

Omnia omnes ubi resciscunt; hic, quos par fuerat resciscere.

Lucret. 3 440.

Cum semel ex omnibus membris ablata recessit.

Livius Ægistho.

Clytæmnestra juxta: tertias natæ occupant.

Nota vetustissimos L.L. autores *αι.* & *ει.* confudisse.

Similiter Pindarus Olymp. 1 55. Hesiod. Op. & Dier. 1 20. penult. in *ἀπίλαμνον* corripiunt. Solon. 11 9. primam in *μεμνημένον*.

μένος. Epicharmus Megaride Εὔυμνος ἐς μουσικὰν ἔχοισα πᾶσαν φιλόλυρος Ηχή.

Potuit, ut videtur, Omne Latinis quod Italis hodie potest ogni; vel Hispanis n titulo superjecto. Notatu dignissimum labialem m ante labiales reliquas π β φ valde molliri ut τύμπανον τύπανον. quomodo apud Hesychium non absurde conjicit Guietus: confirmat Diogenes Tragic. Semele, Τυμπαίοισι καὶ βόμβοισι καὶ χαλκοκτύπων. *Catullus* in Galliambico 64. de Aty. 9. Super alta vectus.

Tympanum, tubam; Cybelle, tua mater initia.

Impotenti *Ter. And.* 5 3 8.

Adeon impotenti esse animo, ut præter civium.

Plaut. Mil. Gl. 2 3 16.

Forte fortuna per impluvium huc despexi in proxumum.

Similiter apud Eupolidem νὴ τὰς κράμβας & νὴ τὰς Νύμφας finiunt Iambum Trimetrum. nec tam claudicare videntur quam penultimæ Consonantem, quam dixi, tacita quadam immurmuratione velut rodere. quemadmodum apud Euripidem in Phœnissis σύγγαμβρος penultimam quoque corripit. item geminata; sic Aristophanes primam in Μαμμακύθαι raptim extulit.

νδρ. Hom. Il. 16 857. Ον πίτμον γοοῶσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα ἐς ἥβην

chl. Cochleæ primam bis in Martiali corripiunt. Trochleas *Lucret.* 4 903. *Multaque per trochleas.* sic Euripid. μοχλόν. ὄχλος.

tl. Ut Atlas, Atlantiades propter mutam ante liquidam perstare breves non raro solent. sic Aristoph. σχέτλιαι. illud minus usitatum in diversis vocibus contingere.

Plaut. Pers. 2 2 31.

Fateor ego profecto me esse, ut decet lenonis familiæ.

d. ante n. etiam in alia atque alia dictione proxime sequentibus corripi patitur.

Plaut. Asinar. 3 1 21.

Quid

Quid dedit? quid deportari jussit ad nos? an tu tibi

Terent. Heautont. 5 5 7.

Non faciam. At id nos non sinemus. Si me vis vivom, pater.

t ante n in vocibus ordine sequentibus idem patitur.

Plaut. Pseud. 4 5 3.

Libet nunc venire Pseudolum, scelerum caput.

Id. Curcul. 1 3 14.

Ipsus se excruciat, qui homo, quod amat, videt, nec potitur, dum (licet.

Ter. Andr. 2 3 22.

Dabit nemo. inveniet inopem potius quam te corrumpi sinet.

Euripid. in Oreste Ω πότνια λήθη τ̃ κακῶν. Id. Phœniss. προσπιτνοῦσ' ἐμοῦ μετά. & Πολυνείκης πιτνεῖ. alibi Φάτναισι Aristoph. Nubibus Φάτνης prima brevi. Id. Acharnensib.

Ιν ἔτνος καταχέω τὐλατῆρος τουτοί.

θν. Pind. Olymp. 1 108. Εθνος. prima naturæ vim non deponente.

Placet admodum eruditus Ger. Voss. cum *Martial.* 5 11.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno

Defendat isto Æschyli versu in Supplicib.

Ηγεῖσθε βωμοὺς ἀστίκτους θεῶν ἕδρας.

Acute enim colligit eandem esse habitudinem γ ad δ quæ est κ ad τ.

Phædrus. 1 18 2. *Instante partu Mulier, peractis mensibus.*

Minus satisfacit in positione vocalis brevis ante pt. Græcum quidem exemplum in Αἰγύπτιος ex Homero & Theocrito nobis in medium protulit, Latinum non suppetebat, nisi quod refellere in animo habuit. ad Comici videlicet metri licentiam minus attendebat.

Voluptas *Plaut. Casina.* 1 1 48.

Sine tuos ocellos deosculer, voluptas mea.

Ibid. 2 8 17. *res est rest* ut supra.

Quid deosculer te? quæ res est? quæ voluptas tua?

Ibid. 2 7 3. *Et meis amicis voluptatem creaverim.*

Id. Pseudol. 1 1 50.

Minis viginti vendidit, voluptas mea.

Ter. And. 5 5 4.

Quod voluptates eorum propriæ sunt: nam mihi immortalitas.

Afra. Vopisco. Voluptatem capio maximam cruciari tua te culpa.

Qui de te & de illa pessume, quam deamas, promerere.

Ter. Hec. 5 4 19.

Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocunque adveneris

Plaut. Mercat. 3 2 5.

Voluptate, vino, & amore delectavero

Id. Poen. 5 4 93.

Multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo.

Voluptarii *Plaut. Menæchm.* 2 1 34.

Voluptarii atque potatores maxumi.

Id. Rudent. Prolog. 54.

Eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios.

Optume *Id Mercat.* 2 2 57.

Nunc adeo ibo illuc sed optume gnatum meum.

Vocalis brevis ante pn. quantitatem suam interdum retinet.

Silius 13 43.

Non unquam affirmat Therapnæis Ilion armis

Eurip. in Oreste. Ω φίλον ὕπνυ θέλγητρον. — item κάπνος. καπνοῦ.

Vossius Daphnen à brevi syllaba incipere probat ex Petronio Similiter Pindar. Olymp. 2 74. Πέφνεν protulit. Quod ordine dicturus venio, diligentiori animadversione dignum est quod sæpissime recurrat. Ostendimus Ille & Iste priorem usitatius corripere: nunc affirmo quod Ipse primam itidem corripiat.

Terent.

Terent. Andr. 1 2 3.

Futuras esse audivit. sed ipse exit foras

Id. Phorm. 5 7 67, 68.

Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme, id
Nosmet ipsos indicare placabilius est.

Id. Heautont. 3 1 17.

Sed ipsum foras egressum video. ibo: alloquar.

Id. Adelph. 3 4 35.

Neque iners. alit ipsas. solus omnem familiam.

Id. Hec. 5 3 14.

Gnatæ suæ fuisse quem mihi ipsus olim dederit scio.

Plaut. Capt. 2 2 29.

Quid ipsus hic? quo honore est illic? summo atque ab summis viris

Seneca. Hippolyto.

Et limine in ipso mista lamentatio.

Pindar. Nemeor. 6 73. -- ἐρεψ' ἀσκίοις. secunda brevi: quam hujus positionis ante ψ debilitatem cum non agnosceret Schmidius rescribere inceptavit ἐρεφ' ἀσκίοις. sed lectionem receptam movere nihil erat necesse.

Vir Clariss. in hac Positione vocalis brevis ante duas consonantes tres minimum requirit conditiones. primo, ut Uda mutam sequatur; secundo, in eadem syllaba; tertio, post vocalem natura brevem. Quod ad tertiam spectat res extra dubium posita est. reliquas duas hoc capite, ni fallor, abunde refutavimus Familiaris sermo libere semper, aliquando etiam rapide, effertur; nec omnem offensam moratur. Artis sit, an naturæ, nescio, quod utraque lingua tam amice conspiret. Plus sibi quidem permittit in re metrica vetus Comœdia, quam reliqua Poesis; nec eo minus justos agnoscit limites, quibus circumscribatur.

Idem V. Cl. velut conditionem quartam, classici Poetæ autoritatem ipsis vocibus prælucere postulat. imo nec facile sibi per-

perſuadet primam in latrare tuto corripi poſſe, tametſi apud *Phædrum -- cui ſenex contra latrans* ſenarium hodie finiat: vehementer enim autumat Phædrum hunc Auguſtæi ævi Poetam non fuiſſe: ſuper quo, cur ab ipſo diſſentiam præter illa quæ ab aliis argumenta laris valida ſunt allata, rem extra dubium ponere videtur, quod partem operis hujus Eutycho jam ſenior inſcribat, qui Eutychus, teſte Joſepho Antiquit. l. 19. c. 3. Praſinus auriga opibus & gratia in aula C. Caligulæ florebat: etiam in ſacris ſtabulis ædificandis, (& magna tum ardebant Circenſium certaminum ſtudia) operum curæ præfectus. Cauti interim & circumſpecti judicis erat ſententiam ampliare, ne fides teſtimoniam præcurreret: præſertim cum ipſe Phædrus ſe in Poetarum chorum ægre receptum non inficietur, Vim conſonarum concurrentium, ad moram in familiari ſermone objiciendam, quomodo infregerint veteres poetæ Latini, pro viribi demonſtrare conatus ad vocales propero, quæ cum in nulla non ſyllaba recurrant, eamque nunc incipiant, alias ſiniant, neceſſe eſt, ut ſæpiſſime congrediantur, quandoque inter ſe coeant, nonnunquam etiam inſiſtant. unde, licet in paucioribus numero literis, plurimum tamen in diverſis locis atque temporibus diſſimilitudinis oritur.

CAP. IV.

Hiatus.

CONCURSUM vocalium priſci ſermonis uſus non admodum refugit. Notat illud Cicero in horridulis Catonis orationibus; in Nævio etiam atque etiam, in Ennio ſemel. nec ipſe in Poematis eo penitus abſtinuit. Hujus generis exempla, quæ ſoni vaſtitiem quandam ſecum ferant, apud Terentium rarius, nec ſine leniendo aliquo reperiuntur. in Quaternaria ſenarii clauſula, quæ duas ex tribus ejus verſus partibus continet, præſertim ante pauſam, eoque magis, ſi aſpirata ſequatur, haud gravate admiſerim.

Hecyra

Hecyra Prol.

Hecyra eſt huic nomen fabulæ. hæc cum data eſt.

Maxime autem in ſermonis vicibus excipiendis quia mora neceſſario interponenda erat.

Id. Heaut. 5 5 28.

Nam prorſus nihil intelligo. Hui tandem es

Plautus oſcitantius paſſim. Is in *Capteivis* exordio ſatis inſubido riſum popelli captans, Antiphoſi quidem utitur familiari; ſed & jocum, præter opinionem frigidum, hiulco verſu profundit.

Hos, quos videtis ſtare Captivos duos

Illi qui aſtant, hi ſtant ambo, non ſedent.

Inde eſt quod Horatius Plautinos & numeros & ſales faſtidit. Ferenda quidem eſſet iſtiuſmodi intercapedo in biſegmento Iambici quadrati.

Plaut. Amphitr. 1 1 35 53 106.

Qui multa Thebano populo acerba objecit funera

Reducturum. abituros agro Argivos. pacem atque otium.

Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere.

Ferenda inquam eſſet hæc pauſa in longiuſculo verſu dimidiato; imo & jactura temporis ad recipiendum ſpiritum redimenda.

Ibid. 56.

Hæc ubi Telebois ordine iteravunt quos præfecerat,

Id. Afinar. 2 3 10.

Ita hæc morata eſt janua: extemplo janitorem.

Cæcilius Plocio.

Conſequitur comes inſomnia. ea porro inſaniam affert.

Similiter poſt idem ſpatium in Septenario.

Plaut. Amph. 1 3 20.

Carnufex! non ego te novi? abin' e conſpectu meo?

Ib. 2 2 144. *Procorrita circumferri. edepol quin facto eſt opus.*

Imo *Terent. Heautont.* 5 1 29.

Eſt mihi in ultimis conclave aedibus quoddam retro.

Idem contingit in biſegmento majore Iambi Tetrametri Catalectici, id eſt, uno ſemipede deficientis. ut Lector velut ad medias interjungat.

Plaut. Amar. 2 3 1.

Ut ſunt demonſtrata mihi hoſce uti eſſe oportet.

Similiter in Hexametro ante pauſam

Virgil. Æn. 1.

Et vera inceſſu patuit dea. ille ubi matrem.

Columella. Delie te Paean! & te Evie, Evie Paean.

Etiam facta Syſtole. *Virgil. Bucol. Ecl.* 3, 79:

Et longum, formoſe, Vale, vale, inquit, Iola.

Ovidius ad diverſas perſonas tranſtulit *Metam. l.* 3, 501:

... Dictoque Vale, Vale, inquit & Echo.

Imperativos autem hujuſmodi corripi ſæpe ſolitos ſuo loco docebimus. *Cicero* extra pauſam in *Arat.* c. 45

Hoc nota radiantis Eteſiæ in nuda Ponti.

Addo Synalœphæ neglectum in Anapæſtum biſectum quandoque cum venia cadere. *Seneca Medea Chor.* 2.

Clauſtra profundi, hinc atque illinc.

Chor. 4. *Phaethonte rudi. habeo mediæ*

Dona Chimæræ, habeo flammas. Id. Hippol.

Act. 1. *Turba triumpho. En! diva fave.*

Chor. 1. *Murmure ſæve. amat inſani.*

Oed. Ch. 1. *Nocte ſilenti. Amphionios*

Troaſ. Ch. 1. *Canuit Ide, Ide noſtris*

Contenta ſono. Hectora flamus.

Agam. Ch. 1. *Vicino polo. ubi cærulei.*

Idem facit *Octaviæ* ſcriptor citra omnem pauſam

Ch. 1. *Mixtam gemitu animam tandem.*

Scio Gronovium in ſuperioribus exemplis clauſulas ex Adoniis procudere, ut aurium offenſioni ſubveniat, neſcio an Florentinis membranis autoribus. ſecus habent ſchedæ Oxonienſes.

Dixi de ſynalœpha in juſtis metris neglecta: deveniatur ordine ad pedum cæſuras. Cenſores ſane verſuum acriores Poema ſi quod rectum eſt non idem emendatum continuo pronunciant. mitto dictionis & ſententiæ virtutes: accedant, oportet, numeri qui dulcedine quadam audientium aures atque animos permulceant. hinc Cæſuræ ſubeunt ut apta pedum progreſſione verſus inoffenſo tenore decurrat modulatus. Notandum igitur in ſtructura carminis vel Hexametri vel ſenarii Inciſionis ſemiquinariæ quæ Græcis τομὴ πενθημιμερὴς dicitur) & ſemiſeptenariæ (ea Græcis ἑφθημιμερὴς) uſum imprimis eminere. abſque harum altera verſum ut cacometrum ſordeſcere. Tanta hujus utriuſque depoſitionis venuſtas ut ejus gratia temporis rapti diſpendium vel carminis vaſtitatem vocalium ſibi invicem occurrentium diſſidio bene penſatam exiſtimarent. Ita quidem veteres. Contra recens orti poetæ, quamlibet leve rhythmi periculum eos adire ſuadeat felicior impetus, potius quam à receptis Grammaticorum placitis vel latum unguem recedant, omnia vexare parati genuinum verborum ordinem pervertunt, dictionis florem carpunt, cum aliquo ſæpenumero ipſius ſententiæ detrimento; nullum defugiunt laborem, quo patriæ Proſodiæ leges, quas ſibi, ceu ſacroſanctas, à magiſtris traditas religioſe colunt & obſervant, ſalvas & inviolatas præſtent. Vetuſtiſſimi, fateor, multa feſtinanter, incurioſe multa, nonnulla minus affabre facta reliquerunt; ut in rudimentis artis Muſicæ non optime poſitis, aurium judicio necdum ſubacto: Moribus interim fabularum rectis cum orationis nativa ſimplicitate blandimenta aurium condonare par erit.

Hiatus propter Cæſuram Penthemimere.

Plaut. Amph. Pr. 89. *Quid admirati estis? quasi vero novum.*

Id. Pœn. 3 3 81. *Quam regi Antiocho oculi curari solent.*

Id. Men. 5 3 16 *Lumbi sedendo, oculi spectando dolent.*

Id. Pœn. Prol. Illi divitiæ evenerunt maxumæ.

Semiquinariæ Incisionis, vocales geminas discludentis, licentiam sibi fecisse Terentium, in operibus, quæ ad posteros reliquit, non memini. Hanc autem sedem, ut & semiseptenariam, utrasque, optimi ex antiquis Poetæ notabili quadam immunitate donatas voluerunt; sæpius ante pausam majorem, minoremve.

Virgil. Buc. Ed. 2, 53

Addam cerea pruna; honos erit huic quóque pomo.

Ubi notabis, cum quintus semidactylus in duas syllabas deponatur, Penthemimere dici Trochaicam; quum, ut fit sæpius, in unam finiatur, simplicem appellari. deinde quòd sequens clausula à spiritu aspero ordiatur, levem parmam adversus ictum superioris vocalis objicit; ut læsionem defendat.

Idem. Bucol. Ecl. 3.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis

Munera sunt lauri & suave rubens hyacinthus.

Id. Ecl. 8 *& in Ciri.*

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

Id. Ecl. 10.

Illum etiam lauri, etiam flevere myricæ.

Id. Georg. 2.

Orchites, & radii, & amara pausia bacca.

Id. Georg. 3.

Tum pingues agni, & tum mollissima vina.

Id.

Id. Æneid. 7.

Submovet Oceano, & ſiquem extenta Plagarum.

10. *Incluſum buxo, aut Oricia terebintho.*

12. *Ille ruenti Hilo, animiſque immane frementi.*

Id. Ceiri.

Coralio fragili, ac electro lacrymoſo.

Ovid. Metamorph. 14.

O & de Latio, o & de gente Sabina

Id. Heroid. Epiſt. 8.

Caſtori Amyclæo, & Amyclæa Polluci.

Id. de Ponto 2 4.

Quantus in Æacide, Actorideque fuit.

Silius Italic. Belli Punic. 1.

Hic caſtra Æacidæ, hic Epirotica ſigna.

3. *Enſis Adyrmachidæ, ac lævo tegmina crure.*

10. *Uni turba viro. Alter ſi detur in armis.*

Juven. Sat. 2.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

6. *In ſtatione ſua, atque expectantibus illam.*

Incipit agnoſci, atque illo lacte fovetur.

12. *Partem aliquam belli, & euntem in prælia turmam.*

Stat. Thebaid. 8.

Admovet. unde mina? unde hæc mihi prælia fratrum?

Scriptor Octaviæ

Triſtes Philippi. hauſit & Siculum mare.

Manil. Aſtronomic. l. 2.

Quoſque dabunt Chelæ, & quos dat Aquarius ortus.

Nemeſian. Cynegetic.

Huc omnes catuli, huc indiſcreta feratur

Hæc ante pauſam reſiſtunt; quandoque etiam in ipſo orationis curſu negligitur eliſio.

Varro Atacinus & extra pauſam & cum pauſa

Eoo Oceano Hyperion fulgurat Euro;
Heſperio, Zephyro; Orion volvitur Auſtro.

Virgil. Georg. 1.

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.

Stati Thebaid. 12.

Ceu pater Edonio Æmi de vertice Mavors.

Ovid. Heroid. Ep. 9.

Forſitan & pulſa Ætolide Deianira.

Juven. Sat. 10.

Bellorum pompa animam exhalaſſet opimam
Hac ſævit rabie imbelle & inutile vulgus.

Virg. Æn. 4.

Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Antiqua ex cedro Italuſque, paterque Sabinus.

Horat. Carm. 2. 20.

Jam Dædaleo ocior Icaro.
Oſſibus, & capiti inhumato.

Epod. 5. *Et Eſquilinæ alites.*

Hiatum hunc nonnunquam comitatur Diaſtole in qua gemina Cæſuræ vis deprehenditur.

Virgil. Æn. 12.

Sancta ad vos anima, atque illius inſcia culpæ.

Silius Italic. B. Pun. 12. de Ennio

Aonidum cura, & dignus Apolline vates.

Juven. Sat. 10.

Ergo ſupervacua, aut perniciosa petuntur.

Manil.

Manil. Astronom. l. 4.

Et sextu & decima & quæ ter quinta vocatur.

Scaliger quidem aliter ex suo Gemlacensi. sed is liber reliquis, puto, omnibus, sane nostris Exemplaribus Mss. & Codd. prius impressis diversus, licentiæ dictorum ubique præcisa, literatoris cujusdam non inscituli manum emendatricem olet.

5. Naturam eruere, orbemque inuertere prædæ.

Hujusmodi labes & abscessus versuum, qui λαχαροὶ & elumbes vocitantur, Criticorum etiam primoribus, quos hac in parte nominare nihil attinet, suspicionem injecerunt de temporibus Manilii, annon post, Augusti seculum longe rejiciendus sit. Immerito; cum amplior licentia veruſtatis potius notis accenseri mereatur. Stylus est varius & inæqualis; nec enim ornatu caret in exordiis, & quoties res poscit; alibi speciosa argumenti vanitate legentium spem frustratur & illudit. Præterea aliter scribunt ingenui & nobiles, aliter in eodem seculo liberti; quod etiam ad Syrum & Phædrum huic suppares extendi velim. His parum animadversis Censores, ut, quod summæ numerorum, prout ipsi rationem calculis non ordine positis subduxerunt, abesse temere opinati sunt, supplerent, nunc voces superfluas ascisount, alias trajectionibus violentis genuinum verborum ordinem contra consentientium Mss. autotitatem pro libitu pervertere non sunt veriti. Proderit igitur junctis universorum, qui classici modo Poetæ sunt, suffragiis suam singulis scriptionem probam & germanam, velut tot pignoribus captis, asserere. Non alio modo melius antiquitati obscuræ lux poterit inferri; nec depravatis melioris ævi Poetis suus restitui nitor. Suppetebant causæ, cur artis Musicæ peritissimi tales in se culpas loco admitterent. In funambulis, placent in arcto gressus numerosi: maxima quippe delectatio percipitur ex periculis. Ita fit; molliter & arcte conniventibus versuum juncturis indormiscit auditor securus. lapsantibus subinde numeris & casum minitantibus expergiscitur & animum attendit. Comici vero metri male laxæ compages artis & commentationis suspicionem procul movent. Rusticisque & de plebe infima personis veram barbariem addunt.

dunt. Pergamus igitur ad semiseptenariam Cæsuram, quam alteram ex nobilioribus Hexametri & Senarii carminis dissectionibus supra memoravimus. Hiatus ante aspiratam.

Plaut. Aulular. 1 2 33.

Nam non est verisimile hominem pauperem.

Id. Rud. Gier. 4 3 43.

Una exeuntis video hinc e proximo.

Item ante pausam. *Plaut. Asinar.* 1 3 80.

Non omnino jam perii; est etiam, quo peream magis.

In diversis etiam personis hoc adit periculum.

Terent. Adelphi 5 1 5.

Exemplum disciplinæ! Ecce autem hic adest.

Defenditur quod inter audiendi & respondendi vices moram intercedere justam oportet. nec alibi, quod memini, apud Terentium occurrit, cum Plautus oscitantius versus edere non refugiat. adeo est ille compositionis numerorum, præ hoc, artifex.

Reperitur etiam hujusmodi licentia in optimi seculi Poetis

Virgil. Georgic. 2.

Implevere tenent oleæ, armentaque læta.

3. *Arcebis gravido pecori; armentaque pasces.*

Id. Æn. 1.

Posthabita coluisse Samo. hic illius arma.

5. *Concilia Elysiumque colo. huc casta Sibylla*

9. *Hanc sine me spem ferre tui. audentior ibo.*

10. *Mæonia generose domo. ubi pinguia culta*

Externo commissa duci. Æneia puppis.

12. *Promissam eripui genero. arma impia sumpsi.*

Gratius Faliscus sub finem

Nebrodem liquere feræ. O quantus in armis.

Juvenal.

Juvenal. Sat. 1.

Ingenium par materiæ, unde illa priorum.

2. *Si fur displiceat Verri, homicida Mileni.*

5. *Quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt.*

Silius Ital. Belli Pun. 12.

Hoc Cannæ statuere tibi. Eja! incute muris

Statius Silvar 5. *carm. ult.*

Uberibus tibi, parve, dedi. Heu! munera nostra!

Nemesian. Cyneget. 71.

Pene prior genitore Deo. atque intima frater.

Hæc ante pausam fere majorem: reperitur etiam interdum in versus contextu.

L. Attius Annalibus.

Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

Cic. de consulatu suo 2.

Atque animo pendens noctu eventa timebat.

Virgil. Bucolic. Ed. 5.

Ecce duas tibi, Daphni; duo altaria Phœbo.

Id. Æn. 5.

Sed cadat ante diem media inhumatus arena.

Helvius Cinna

Cecropis atque alta Tyrii ab origine Cadmi.

Atque istiusmodi vocalium invicem occurrentium placidos congressus imitatione Græcorum factos mihi facile persuaserim. Synalœpham passim negligunt.

Homer. Odyss. 19.

Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι Πόντῳ.

Hesiod. Theogon.

Μὴν δ' ὀφθαλμὸς μεσσῳ ἐπείληπτο μετώπῳ. cum Diastole Αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν γένετο ἰαχὴ τε θρόος τε. Studiosi juvenes in Poematis utriusque

que linguæ inter se diligenter conferendis id genus exempla oculo currente rapient, ne lacunas has, in Comicis præsertim, quorum præcipue versibus tendendis opellam hanc navamus, tanquam Charybdes & barathra perhorrescant.

Plaut. Stich. 5 1 3, 5.

Qui hercle illa causa nihil ocius venit
Qui nihil ocius venit tamen hac gratia.

Utrobique l. nihilo.

Supersunt adhuc Cæsuræ cum Synalœpha insuperhabita, ut in Hexametris & Senariis, semiternaria potissimum & seminovenaria. de semiternaria breviter.

Plaut. Mostellar. 2 2 67.

Hic habito: hæc mihi dedita est habitatio.

Id. Captiv. 3 1 16.

Quam in tribu aperto capite sontes condemnant reos.

Id. Mostellar. 1 3 102.

Una opera ebur atramento candefacere postules.

Imo vero Poetæ nominatissimi idem sibi licere voluerunt.

Virgil. Georgic. 1.

Sit pecori; apibus quanta experientia parvis.

Horat. Epod. 13.

Threicio Aquilone sonant. rapiamus, amici.

Juven. Sat. 12.

Testiculi; adeo medicatum intelligit inguen.

Homerus οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες Ἀχαιῶν

Item cum Ectasi conjungitur in Polysyndetis quibus multum competit.

Virgil. Aneid. 9.

Fadumque, Hebesumque subit, Rhæcumque, Abarimque.

Hactenus de Triemimeri. sequitur Enneemimeres.

Id.

Plaut. Curcul. 2 2 8.

Facit hic, quod pauci, ut sit magistro obsequens.

Id. Capteiv. 3 5 25.

Dum ne ob malefacta peream, parvi æstimo.

Id. Asinar. 3 1 33.

Non veto te amare, qui dent, quæ amentur gratia

In Asyndeto, qui & Articulus.

Plaut. Men. 3 2 11.

Prandi, potavi, Scortum accubui, abstuli.

Id. Men. 3 3 3. Atque huic ut addas auri pondo unciam

10. *Nunquam hercle factum est. non meministi, obsecro?*

4 1 5. *Pallam ad phrygionem cum corona obrius.*

Phædr. 2 5. Heus, inquit Dominus. ille vero adsilit.

Ter. Eun. 3 2 40. Simul imperabo: post continuo exeo.

In Heroicis autem versibus apertior hic ad pene extremum sonus ampullatur in Propriis fere Nominibus, iisque sesquipedalibus, & maximam partem Græculis: ut non aliunde profluxisse credas quam ex imitatione vetustissimorum inter Græcos Poetarum. Grammatici, cum tirones Græce docerent, ab Iliade auspicati sunt. Rudimentum hoc Epigrammate cujusdam in Anthologia festive tangitur, velut male ominatum. sed is per me luserit: aliquid certe extat in compositione prærupti exitus.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Viderunt hoc Latini Poetæ & cum dictionis simplicitatem probarent, tamen commissuram adeo rudem & pene disjutam vix satis idoneam judicarunt, quæ Poematum initiis prætexeretur. quippe, rupto silentio, quod avidis auribus primo ingeritur, ut exquisitum videri minime laborat, ita reprehensione carere debet. Relucebat interim, in ipsis Ionicæ mollitiæ deliciis, oratio titulis animosa, vocalium autem confluxu adeo lenita ut a domestico sermone non admodum abhorre-

ret. Quapropter virtutem hanc dignam habuerunt, quam ſuo ſibi loco exprimerent, ut erant Græcorum Poetarum ſtudioſiſſimi, quotquot ex veteribus notæ paullo melioris hodie in manibus habentur. Conferamus igitur præteritam in Epicis utriuſque linguæ ſynalœpham in Cæſura Enneemimeri.

Heſiod. Theogon.

Ἀμφιτρυωνιάδης σὺν Ἀρηϊφίλῳ Ἰολάῳ.

Id. Scuto Herculis.

Πλὴν Ἡρακλῆϊ· καὶ κυδαλίμῳ Ἰολάῳ

Aratus Φαινομέν. 724.

Ἀμφότεροι δὲ πόδες καταδυομένα Ὀφιούχου.

Id. Διοσημεί. 361.

Πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἑαυτῷ.

Virgil. in Bucol. Eclog. 2.

Amphion Dircæus in Actæo Aracynthe.

Græce per omnia, litera modo barbarica.

Id. Æneid. 1.

Tune ille Æneas quem Dardanio Anchiſæ?

9. *Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchiſæ.*

11. *Servabat ſenior qui Parrhaſio Evandro.*

Ovid. Metam. 2.

Et celer Iſmenus, cum Phocaico Erymanthe.

5. *Eſt medium Cyanes, & Piſææ Arethuſæ.*

8. *Penelopeſque ſocer, cum Parrhaſio Antæo.*

11. *Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo.*

Id. Faſtor. 2.

Amphiariades Naupactico Acheloo.

Id. Heroid. Epiſt. 4.

Arſt & Oenides in Mœnalia Atalanta.

Id.

Id. de Arte am. 2.

Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta?

3. *Si ſcelere Oeclides Talaioniæ Eriphyles.*

Stat. Thebaid. 6.

Nota parens curſu. quis Mænaliæ Atalantes.

Aliquando etiam Diaſtole, Cæſuræ non incongrua, Hiatui conjungitur in hac etiam ſede.

Virgil. Bucol. Ecl. 10.

Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.

Hactenus in Nominibus utriſque Propriis & Græculis conſtitimus. Auſi ſunt etiam Poetæ Latini in vocibus non tantum Græcis & Propriis, verum etiam alterutra & nonnunquam utraque Latina Synalœpham omittere. nec penitus intereſſe credebant utrum Propria eſſent Nomina an Communia, modo vox productior & ſonantior, ut in multiſyllabis & compoſitis, ad Dithyrambicum genus accederet.

Virgil. Æn. 7.

Ardea, Cruſtumerique & turrigeræ Antemnæ.

Ovid, Metam. 15.

Hæc Helenum ceciniſſe penatigero Æneæ.

Id. Heroid. Ep. 9.

Vt Tegeæus aper cupreſſifero Erymantho.

Id. Faſt. 5.

Hinc ſata Pleione, cum cælifero Atlante.

Stat. Thebaid. 4.

Taygetique phalanx, & aliviferi Eurotæ.

9. *Ruricolamque Gyan, cum fluctivago Ergino.*

Aut in vocibus ſaltem duas excedentibus ſyllabas.

Ovid. Metam. 4.

Jactari quos cernis in Jonio immenſo.

11. *Tympanaque, plauſuſque, & Bacchei ululatus.*

Virg. Æn. 3.

Lamentis, gemituque, & femineo ululatu.

9. *Evolat infelix, & femineo ululatu*

Id. Georgic. 3.

Ætas Lucinam, juſteſque pati Hymenæos

Valer. Flacc. Argonaut 4.

Cum facibus, ſpiriſque, & Tartareo ululatu

Ovid. Heroid. Ep. 9.

Eurytideſque Ioles, atque inſani Alcidæ.

11. *Ille Noto, Zephyroque, & Sithonio Aquiloni.*

Facit ad Heroici carminis pompam erudita hæc novitas, ſi loco adhibeatur & cum modo. quid, quod tumidis & inflatis verſibus erroris ſpecie quadam invidiam demit? ut athleticis & multum toroſis corporibus ſanguinis miſſio nonnunquam prodeſt.

Autoribus ſupra laudatis defendere vel ſaltem excuſare dabitur Hiatum cum Diaſtole quem in nono ſemipede poſuimus, cum Grotii Catechiſmum, præceptoris juſſu, Græce verteremus, ipſo anno quo manum ferulæ ſubduximus — παλιγγενέι ἥρωι.

Item cum Syſtole *Plaut. Curcul.* 3 1 4.

Si reddo illis quibus debeo plus alieni eſt.

Extat etiam apud Homerum Hendechemimeres tome; idque non ſemel -- πίκει ὦ & πίσει ὦ.

Imo vero reperitur in Plauto Hemimeres pariter affecta, ſeu in primo ſemipede neglecta Synalœpha.

Plaut. Menæchm. Prol.

Quo illud vobis Græcum videatur magis.

Nec plures Cæſuras recipit verſus ſex pedibus conſtans. Septenarius vero Trochaicus admittit Hiatum in undecimo.

Plaut.

Plaut. Captiv. 4 2 44.

Mirumque adeo, ni hunc fecere ſibi Ætoli agoranomum.

Id. Aſinar. 3 2 33.

Argenti viginti minas habeſne? Hariolare.

Et in decimo tertio ſemipede.

Id. Merc. 3 4 70.

Si id forte ita ſat animo acceptum eſt, id pro certo ſi habes.

Id. Perſa 4 4 68.

In ſuperiori cap. vid. Poſit. d. ante m.

Aut patriam tuam aut parentis. cur ego id mirer, mi homo?

De Cæſuris Iambici Trochaicique verſus vidimus. atque in omni pede etiam abſoluto veteres ſibi vendicarunt hanc Hiatus licentiam

In primo pede *Plaut. Curculion.* 2 2 17.

Qui tibi auxilium in jure-jurando fuit.

Id. Mercat. 5 3 4.

At ego expurgationem habebo, ut ne ſuccenſeat.

Id. Amph. 3 3 10.

Habui expurgationem. facta pax eſt. optume eſt.

Perſius Sat. 3 66.

Diſcite, o miſeri, & cauſas cognoſcite rerum.

In ſecundo pede *Plaut. Aſinar.* 5 2 74.

Væ mihi! vera hariolare. Surge amator. i domum.

In tertio *Pomponius Piſtoribus.*

Pappus hic in medio habitat ſenica non ſeſcunciæ.

Sapphicus iſte Horatii affectionis hujus immunis eſt

Carm. 3. *Od.* 14.

Jam virum expertæ male ominatis

Quia

Quia compoſita non neceſſario patiuntur Synæreſin, ut ſuaveolens.

Huc refero verſus illius abundantiam.

Plaut. Amph. 2 2 49.

In ſomnis fortaſſe. imo vigilans vigilantem. væ miſero mihi!

Librarii, ut explerent lacunam, poſterius Participium ex Scenæ prioris hujus Actus verſu 77. tranſtulerunt. ſed reſpuit numerorum ratio; nec ultra modum excreſcere patitur. deleatur igitur *vigilantem.*

Amph. 1 1 in 4 273.

Cadus erat vini inde implevi hirneam. ingreſſu'ſt viam.

In 5 274. *Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.*

In 6 275. *Mira ſunt niſi latuit intus illic in illa hirnea*

In quarto pede propter Præterit. Vocis Paſſ.

Plaut. Men. 5 2 28.

Neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duos.

Reperitur eriam Hiatus cum Syſtole conjunctus; ad exemplar omnino Græcorum, quibus αι & οι finales ante dictionem à vocali exorſam imprimis corripiuntur.

Plaut. Amph. 1 1 19.

Nec Jugulæ, neque Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt

Virg. Georgic. 4. 461.

Implerunt montes. flerunt Rhodopeiæ arces.

Id. Æneid. 3. 110.

Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alta

Hom. Il. 24 67.

φίλτατ' ἔσκε θεοῖσι βροτῶν οἳ ἐν Ἰλίῳ εἰσίν.

Id. Georgic. 1.

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſan

Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

In

In quibus utrisque Synalœpha bis omittitur in eodem versu; quod & sequentes faciunt.

Virgil. Æneid. 2. & in Ceiri.

Nereidum matri, & Neptuno Ægæo.

Ovid. Metamorph. 5.

Fonte Medusæo & Hyantea Aganippe.

8. *Cumque Pheretiade, & Hyanthea Iolao.*

Nec in propriis tantum Nominibus, aut Græculis, sed etiam polysyllabis Latinis.

Virgil. Bucolic. Eclog. 7.

Stant & Juniperi, & castaneæ hirsutæ.

Item in Exclamationibus. *Plaut. Aul. 4. 9. 7.*

Perii! interii! occidi! quo curram? quo non curram?

Id. Pœnul. 5. 5. 11.

Ita replebo atritate atrion multo ut siet.

Festus in voce Rutabulum. *Vel quæ sperat nupturam iri adulescentulo:* Locus mendosus Referibe *Verula* quod sequitur, *nupturam iri*, ni fallor, Latinum non est. repoluerim *desperat nuptum iri.* Versus cavus est propter Ecthlipsim & synalœpham priscorum more insuperhabitas, quod originem præbuit sinceræ constructioni & numeris simplicibus pervertendis.

Versus oculatus *Id. Mercat. 1 2 17.*

Qui potuit videre? Oculis. Quo pacto? Hiantibus.

Hirmus asyndetos *Ibid. 4 4 5.*

Videre, amplecti, osculari, alloqui.

Inclamationes. *Id. Curcul. 2 2 26.*

Heus Phædrome, exi, exi inquam, ocius.

Id. Most. 4 2 46.

Cui patrem Theuropidem esse opinor; hei! hei! occidi.

Ovid. Metam. 5.

Et bis Io Arethuſa, Io Arethuſa vocavit.

Virgil. Bucolic. Ecl. 6.

Clamaſſent, ut litus Hyla, Hyla omne ſonaret.

Notandum Pronomina Me, te, ſe, ante dictionem à vocali cœptam d ſive ponatur, ſeu mente tantum percipi poſſit ſæpius attrahere, ut in iſtis Anaſtrophis Mederga, tederga, ſederga.

Plaut. 2 3 31.

Ecaſtor me haud invita ſe domum recipit ſuam.

His exemplis inſtructi voces autoribus priſcis librariorum audacia male inſultas ejicere poterimus. Minas verſuum præruptas, velut parietinas deſuper pendentes, vel ruinas dehiſcentes ſuſpenſis auribus, non ſine quodam vetuſtatis horrore tuto præterire. Meminerimus interim aliam Dramaticæ Poeſios aliam Epicæ rationem eſſe. Heroum vitam illuſtrat conſiliorum factorumque ſupra vulgi captum præſtantia; decus orationi addunt figuræ inſolentes. Comicis autem ſermonis ordo nativus & genuinus imprimis quæritur. Colloquium inſtituunt pro re nata cujuſque generis proprium. Artis opimonem etiam ultro a ſe remotam cupiunt. Forenſibus periculis timidam & ſcrupuloſam in verbis ſtruendis diligentiam condonemus. Intra domeſticos parietes moleſte loqui nec occupatis vacat; nec ruſticis aut rudibus datur. Agit Pater cum filio, Dominus cum ſervo, vocibus non tam ad ſonum compoſitis, quam veris, &, ut impetus fert, gravibus & copioſis. Offenſiunculas literarum, credo, perhorreſcet. Quin, mores aperte, quin affectus libere, ſic omnia promit, ut ex animo potius, quam belle loquutus videatur. Per nos igitur liceat hominibus ex plebe populariter loqui. Quid quod hinc vario ſermoni ſimplicitatis quidam color accedit? unde rebus ad vivum fictis, & inter ſe cohærentibus ſua conciliatur fides, & tanquam ſub judice teſtimonii parum meditati compoſitique pondus. Venuſtioribus igitur Poematum has maculas, ut ſupra diximus, loco quidem interſperſerunt & ex arte, non ita ſæpe

fateor

fateor, sed ut appareat studio factum. Hujusmodi licentiam ex parte saltem, cum res ultro eam suaderet, novis & maxime emendatis Poetis hoc ipso capite vindicavimus, satisque ni fallor præstitimus. adeo ut pro materiæ tenuitate metuere habeamus ne viris eruditis nimium diligentes existimemur, potius quam operæ parci. Dabit interim Lector, ut spero, non gravate veniam auctoritatibus ubertim perscribendis, ne quod à protrita hodiernæ consuetudinis orbita paulutum deflectit, continuo singulare judicetur.

Quamvis autem synalœphæ neglectæ sedes, & causas persequi plus in se laboris, quam acuminis continere videatur, paulo fortassis acrius aciem ingenii intendat, oportet, qui cum veteribus Grammaticis causas repetere paulo altius studebit, cur vocales quædam natura longæ, positione corripiantur aut contra, cur aliæ syllabæ natura breves, itidem positura producantur. quot modis hoc eveniat inter ipsos metricos non levis est dissensio. Hephæstion tres omnino statuit; Marius Victorinus quatuor; Charisius quinque, Donati autem editio prima, & ejusdem interpres Sergius octo vel novem casus assignant, in quibus hoc eveniat. nec tamen in omnibus exemplum satis lucidum adferunt. illud præterea fere ab omnibus supponitur; positione ante consonantes duas, vel unam duplicem, in diversis dictionibus, post brevem, in fine prioris vocalem, æque validam esse ad necessitatem ejus extendendi tempore atque si in una eademque voce sequeretur duplex; aut binæ consonantes in utraque divisim sedem haberent.

Cæterum hoc inter omnes convenit; Primo, brevem natura vocalem, quam muta vel f. semivocalis, ante Liquidam posita, continenter sequitur, ancipitem reddi.

Secundo loco probant autoritatem, qua vocales longæ, & diphthongi, tam apud Latinos, quam Græcos, pro arbitrio breves esse possint, si modo subsequens dictio à vocali, vel diphthongo, incipiant. illud obiter hic interponere liceat, angustius illis fidem regularum patere, quod nihil autoritatis ultra Virgilium afferant. ille quidem, ut vetustissimus novorum Poetarum, ita veterum recentissimus caute satis, nec

fine miro quodam artificio vetuſtatis conſuetudinem ſibi non raro ſervandam putavit, plura tamen utriuſque regulæ teſtimonia ex priſcis autoribus prioris quidem, in ſuperiori tractatus hujus Capite, hujus autem alterius in hoc ipſo quarto capite, quod nondum abſolutum eſt, in medium produximus. nec hoc tantum vim obtinet in diverſis dictionibus, verum etiam tam diphthongos, quam vocales corripit in ſyllaba ejuſdem vocis proxime ſequenti, apud Latinos æque ac Græcos: cujus rei fidem inferius capite undecimo firmabimus.

Tertio, quum brevis ſyllaba, finiens partem orationis, antecedat vocalem, ut in Cæſuris, anceps ſit. dupliciter hoc contingit: ſi brevis vocalis præcedat vocalem; qui caſus in hoc ipſo capite non ſemel occurrit; ubi hiatus in Cæſura Diaſtolem ſecum trahit. aut rurſus, ſi prior dictio in ſyllabam brevem, conſona finitam, deſinat; poſterior autem vox auſpicetur à vocali, in Cæſura pedum Ectaſin accidere, in omni ſemipede, ſtatim in ſequenti capite pluribus oſtendemus. accedit huc quoque, quod ibidem probabitur, quod artium ſcriptores vix aſſequuti ſunt, ſyllabam brevem ſive vocali, ſeu conſonante terminatam, ubi dictio cum juſto pede abſolvitur, aliquoties produci. ſive id propter pauſam contingat; ſeu metro juſto, quamvis id non ſit ultimum, in verſu, concedatur.

Quarto, ſi, poſt conſonantem brevem, h. litera ſuccedat. ut *terga fatigamus haſta*: quam licentiam, ex veteribus, eodem capite, plenius demonſtrabimus, non in Cæſuris tantum, verum etiam in metris cum dictione abſolutis ſum; non nunquam. Veteribus enim modo conſonans, modo aſpirationis nuda duntaxat credebatur nota.

Idem, quem ſupra memoravimus, Chariſius, Quinto loco brevem aſſerit dichronon, ſeu ambiguæ quantitatis fieri, ſi eam v. conſonans ſequatur; cujus tamen rei autoritatem non attulit ſatis firmam: quod Lectori, modo conſulat illum ſub initium operis, conſtabit. poterit tamen, ſi non pigebit eum caput decimum quartum hujus operis perſtringere, argumentum ſatis validum inde petere ad illud probandum, ex ambigua hujus Literæ pronunciatione.

Sexto demum loco, Donatus in editione prima affirmat,

ſi

ſi correptam vocalem duæ conſonantes excipiant, quarum prior ſ. Litera ſit, brevem quæ præceſſerat, in mediam tranſire. quod duobus exemplis, quum aſtruit, à poſitione debili petitis, non omnino extra dubium poſuit. Protulit enim, *Ponite ſpes ſibi quiſque* & *Unde ſpiſſa coma* vel *ſciſſa*. alibi, ex Horat. *præmia ſcribæ*. putamus nos magis idonea poteſtatis hujus literæ imminutæ teſtimonia produxiſſe, in Capite ſecundo.

Septimo, cum pronomen c litera terminatum vocalis ſubſequitur, complures Grammatici volunt, illud eſſe anceps, authore Virgilio: cui *Hic* & *Hoc* in quantitate varie ponuntur; *Hic erit*, *Hoc erat*, ſic interim arguunt; ſi *nec* ſubſtituatur verſum vitiari. nos tamen capite nono extremo, teſtes produximus, circa hanc conjunctionem, quod extendi poſſit, non modo *Plautum* ter, & *Manilium* iterum, verum etiam *Martialem* & *Statium* autores non ita ſordidos. Quod dicunt uſitatius produci, res aliter ſe habet. nam apud veteres Hic, illic, iſthic; niſi cum correpta ſint, quantum memini, ſemper adverbialiter ſumuntur. quod Virgil. aliquando produxit propter craſſitiem ſoni factum recte autumant, velut Hicce, hocce.

Octavo, Quum correptam vocalem duplex conſonans ſequatur; quod affirmant inde probatum eunt quod reperiantur in exitu Heroici verſus *nemoroſa Zacynthos*, & *litora Xerxes*. ſed hæc in diverſis dictionibus poſita, propter diſtantiam, non neceſſario operantur ad ullam omnino poſitionem validam.

Nono, propter ambiguitatem ε & ο apud Latinos quæ longarum & brevium vicem ſuſtinent ab ἠῶς & ἠώς *primo ſurgebat Eoo*: alibi, *Eoaſque acies*. item - *nimboſus Orion*: & - *circumſpicit Oriona*.

Sunt qui affirmant Decimo idem contingere quum brevem continuo, in eadem voce, ſequatur liquida, ut Melos.

Undecimo, quum eadem vox apud claſſicos autores variæ quantitatis ſyllabam exhibeat: ut apud Virgil. Sidonius, Italus: apud Martialem Batavus. cui tamen autori ne ſubſcribam per omnia, facit 1. 19.

In Vaticanis condita muſta cadis.

Horatius contra. 1. 20.

Redderet laudes tibi Vaticani.

Quidni variet syllaba primæ proxima? inquies. Ne id quidem Hispano concedam, prohibet Ovidius; Epistola seu Elegia ad Tuticanum. de Ponto 4. 12. & 14. Duodecimo, per Systolen & Diastolen; cujus rei causas ad proximi capitis finem penitius inquirere differemus.

CAP. V.

Ectasis.

Serv. 1 Aen. 343. Voss. Bos. p. 149.
B. Arnaud ad Anacr. c. 7. p. 39 seqq.

CUM syllaba natura brevis extra Positionem, quam vocant figuratè producitur, ECTASIN dicimus. Primus hujus immunitatis honos Cæsuræ defertur. Ea est concinna versuum partitio per voces absolutas in semipedes impares. Hæc quatenus temporis quæstum facit in Senarium non cadit, cum Iambus à brevi auspicatur. ad aptam tamen numerorum conclusionem vocum inter se connexio non minus in Senariis requiritur quam Hexametris. quo cursus eorum & rhythmus levior perficiatur. Affectionem tamen istam in justis pedibus patiuntur. Contra Trochaici in absolutis pedibus syllabam produci non requirunt, cum Trochæus in brevem syllabam desinit. Cæsuram autem cum Diastole nonnunquam admittit. semel apud Græcos legisse in 11 semipede memini. Aristophanes Σφηξί.

Prisc. p. 1217, 5

Οἱ δὲ τὼ ὀφθαλμὼ κύκλῳ κεντεῖθ', οἱ δὲ τοὺς δακτύλους.

Plaut. Menæchm. 5 5 22.

Potionis aliquid priusquam percipit insania.

Id. Mil. Glor. 2 3 42.

Sceledre, Sceledre! Quis homo interminat? est te alter audacior?

Titinius Gemina.

Parasitos amovi, tenonem ædibus absterrui.

In

In 13. semipede *Id. Mercat.* 3 4 63.

Cur istuc cœptas consilium? quia enim me afflictat amor.

In 9. semipede *Plaut. Mil. Glor.* 2 2 87.

Ut si illic concriminatus sit advorsum Militem. Vel a *Siet*

In 1. semipede (sequente aspirata) *Id. Stich.* 4 2 31.

Per hanc tibi cœnam incœnato Gelasime, esse hodie licet.

Id. Capt. 3 4 87.

Sed hoc primum me expurgare tibi volo me insaniam.

In 3. semipede *Id. Men.* 5 9 98.

Venibit uxor quoque etiam, siquis emptor venerit.

Productionem brevis syllabæ, in vocibus in justum pedem desinentibus, etiam Senarium recipere, modo posui. Exempla subjicio in primo pede.

Plaut. Men. 4 2 5. *Solet hortator remiges hortarier.*

Id. Merc. 4 3 11.

Vidit, ut omnes te Demipho dii perduint!

Id. Merc. 4 4 60. *Uxor, heus uxor! quanquam tu irata es mihi.*

Terent. And. 2 6 8. *Propter hujusce hospitæ consuetudinem.*

Id. Eun. 5 5 10. *Quicquid hujus factum est, culpa non factum est mea*

Id. Heaut. 3 3 40. *Si quid hujus simile forte aliquando evenerit*

Id. Eun. 1 2 57. *Nuper. ejus frater aliquantulum ad rem est avidior*

Hic periodo aut aspiratione mollitur

Alibi commate sequente. *Plaut. Captiv. Prol.* 25.

Ut fit, in bello capitur alter filius.

Extra pausam *Homerus Il.* Z, 94

Καὶ μὲν οἱ Λύκιοι τίμενος τίμον ἔσχα πάντων.

In 2. pede *Plaut. Bac.* 1 2 15.

I, stultior es barbaro Potitio.

Darand Anim. Anac. p. 90.

In

In 4. *Id. Capt. 3 5 79.*

Atque hunc ita velle, dicite, curarier.

88. *Nam mihi propter te bos obtigit. abducite*

Seneca Hippol.

Umbræ nocentes cedite cervicibus.

Plaut. Epid. 3 4 62.

Potuit plus jam sum libera quinquennium.

Id. Curcul. 5 2 44.

Cleobula, nutrix quæ fuit? Arrhebrata.

Ante vocem ab aspirata exorsam.

Valerius Flaccus Argonautic. III, 240.

Concussi tremuere rogi, ter horruit æther.

Simpliciter *Titinius Setina.*

Ipsus quidem, hercle, ducere sane nevolt.

In 5. pede *Id. Fullonib.*

Formicæ pol persimil' est rusticus homo

Nobilis Tetrametri Iambici dichotomia, seu hiſegmentum, de quo in superioris capitis initio meminimus, brevem syllabam sæpenumero producit.

Plaut. Amph. 1 1 32.

Sibi eventurum id contigit, ut salvi poteremur domum.

Id. Asinar. 2 3 2.

Demænetus ibi dicitur habitare. i, puere, pulta.

In 5. pede *Id. M. Gl. 2 6 91.*

Ita facere certum est. sed satin' oratus abis?

In Octonarii Catalectici 6. pede *Ibid. 4 6 29.*

Sine ultro veniat, quæritet, desideret, expectet.

Diximus in Iambis Cæsuræ locum non esse: sed Ectasin in absolutis pedibus tantum extare. Contra in Trochaicis Ectasin

sin ad Cæsuras tantùm pertinere, justos pedes nihil omnino lædere. Quod ad Heroicum carmen attinet, ut ejus usum hoc etiam in genere leviter perstringam, inter melioris seculi Poëtas non nisi in Cæsuris hanc Diastolen reperies, ubi mora quædam in transitu ad diversam vocem sensim sine sensu intervenit. Apparet autem Figuram hanc nonnunquam de industria quæsitam tam à Græcis quam Latinis ornamenti puto, aut delectationis causa, sive ut Lectoris, opere in longius progresso subinde lassi, fastidium detergerent. Virgilius enim in Propriis & ad libitum fictitiis Nominibus, cum vocabulum accudere ei esset integrum, quod debili saltem positione muniretur, non id semper facit, is autem Homeri aliorumque Græcorum vestigiis insistit.

In Polysyndetis *Virg. Æneid.* 10.

Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Thersilochumque.

Ovid. Metamorph. 7.

Othrysque, Pindusque, & Pindo major Olympus.

Homer. Iliad. 12 20.

Ῥῆσός θ', Ἐπτάπορός τε, Κάρησός τε, Ῥόδιός τε.

Ut Virgilius ante s. produxit sic Homer.

Ἐντεά τε σάρκας τε καὶ ὄστεα μυελόεντα.

Ovidii æqualis ante p. *Gratius Faliscus.* Cyneg. 190.

Taxique, pinusque, Altinatesque genistæ.

Ovid. Metam. 10.

Liliaque, pictasque pilas, & ab æthere lapsas.

Ante P. ut supra *Hom. Iliad.* 2 155.

Φαῖστόν τε Ῥύτιόν τε πόλεις εὖ ναιετάουσας.

Id. Iliad. 23 395 & 777. -- στόμα τε ῥῖνάς τε.

Ovid. Metamorph. 11.

Sarculaque, rastrique graves, longique ligones.

10. *Cinnamaque, costumque suum, sudataque ligno.*

11. *Peleusque, comitesque rogant: quibus ille profatur.*

Hom. Iliad. 16 767.

Φηγόντε, μελίην τε, τανύφλοιόν τε κράνειαν,

Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐώκει.

20. 242. Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἀνδρεσσιν ὀφέλλει τε, μινύθει τε.

Illud inusitatius licet molliat aspiratio.

Virg. Æn. 10, 126

Et Clarus, & Hæmon Lyciâ comitantur ab altâ.

Id. Georg. 4.

Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopeia.

Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.

De Cæsurâ quid addam iis, quæ in Grammaticâ, nobis publice receptâ, vulgo innotuerunt? iisque quæ de Hiatu Superiori capite? an & in undecimo semipede apud Græcos reperiri?

Hom. Il. 23 690.

Κόψε δὲ παπτήναντα παρήιον οὐδ' ἀρ' ἔτι δήν.

An leniri pausa majori, minorive? ante vel post Parenthesin?

Virgil. Ceiri.

Nec levis hoc facere (neque enim pote) causa subegit.

Id. Æn. 1.

Qui teneant (nam inculta videt) hominesne feræne.

11. *Confidant (si tantus amor) & mœnia condant.*

An etiam in alternis confabulationibus? an Interrogatione?

Ibid. Oratis? equidem & vivis concedere vellem

An ante aspirationem? Catull. de nuptiis Pelei & Thetid. 20

Tum Thetis humanos non despexit hymenæos.

Item polysyllabis Hesiod. Scuto Herculis Διόγνητος & ἀμώμητος Ἰόλαος. item κρατερὸν Ἰόλαον. nec Græculis modo, aut Propriis, sed Latinis communibus.

Virgil.

Virgil. Georg. 2 5.

Muneribus, tibi pampineo gravidus autumno.

Propter Mimesin quæ vim habet Interjectionis

Horat. Sat. 1 3.

Usque ad mala citaret IO BACCHE *modo summa.*

Ubi dicta cantilenæ pro numeris & modulatione posuit. Hactenus de simplici Cæsura dixisse fortean plusquam sufficiat. est ubi in eodem versu gemina reperitur; aut etiam cum Hiatu conjuncta.

Ovid. Metam. 2.

Mygdoniusque Melas, & Tænarius Eurotas.

Τῶν μὲν Ὀδυσσεὺς ἦρχε Διὶ μῆτιν ἀτάλαντος.

Ovid. Metam. 3.

Nubibus esse solet, aut purpureæ Auroræ.

Id. Heroid. Ep. 9.

Semifer occubuit in letifero Eveno.

Catull. de coma Berenices. 62.

Qua Rex tempestate novo auctus Hymenæo.

Plaut. Asinar. 2 3 12.

Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

Id. Menæchm. 5 2 88.

Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

Habet Ectasis locum etiam in Pentametris & Lyricis.

Ovid. Fastor. 3, 500.

Me tua, sed lædit ille pudendus amor.

Id. de Ponto 4 3, 44.

Indigus effectus omnibus ipse magis.

Cæsura Semiternaria *Horat. 1 3.*

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

2. 13. *Cæca timet aliunde fata.*

3. 24. *Si figit adamantinos*

C. Semiquinaria. 3. 5. *Si non periret immiserabilis.*

Seneca Medea. 3. *Chor. Conjugis fatum redimens Pheræi.*

Uxor impendit animam marito.

Membranæ, videlicet, *Florentinæ* ordinem invertunt.

Conjugis fatum redimit Pheræi

Uxor impendens animam marito.

Blandiuntur auribus hi numeri, sed nec minus recta illa constructio quæ Participium præmittit. Monet hic autor, ne Anapæstos penitus intactos transeamus. Patitur Anapæstus Tetrameter in Bisegmento temporis jacturam: dum enim in Dimetram tomen dissilit, quod libenter &, apud Senecam, artis metricæ observantissimum, semper facit, ibi pausam quandam sibi reperit. quod si contumax obstat syllaba, eam contemtim præterit:

Medea. Chor. 2. Pervius orbis. Indus gelidum.

.Gronovius Adonio sententiam claudit. aliter Mss. nostri

Id. Hippol. Chor. 1. Terga leonis. humerisque quibus

Darnaud Anacr. p. 41. *Id. Troasin. Chor. 1. Bis pulsata Dardana Graio.*

Delrio bisegmina versus alterum in alterius cornu traducit.

Id. Hercule Oetæo. Choro 5.

Clara Tonante. centum populi.

Florent. Cod. Chara Tonanti. puerili, ut mihi videtur, lapsus in plano metu; cum istic loci ultima sententiæ, in absolutam vocem insistentis, syllaba sit indifferens. nec interim attendit Corrector quam turpi aurium convicio prior clausula in similis soni syllabam collata posteriori obloquitur.

Id. Oedip. Chor. 1. Non sua sylva decorata coma.

Princeps Delrio quasi numeris reposcentibus reposuit, Non silva sua. hunc sequuti Thysius & Gronovius. Utra lectio mollior incedat, assis non interduim; sin contra o. libb. Mss. & prius

prius editos trajectio verborum facta fuerit, utut speciosa videatur mutatio, non laudo exemplum. Scriptor *Octaviæ.*

v. 309 *Chor.* 1. *Hoc quoque nostra videre nefas* Darnaud Anacr. p. 42.
Clamor ad astra cum femineo.
2. *Conjugis ora non invisos.*
5. *Remigis ante. mox & ferro.*
Tartara testor Erebique deos.

Videor apud Græcum Comicum semel legisse in carmine Aristophaneo, quod septem Anapæstis cum longa syllaba constat, Cæsuram Semiternariam, quando sequens vocalis debili tantum positione producebatur.

Aristophanes. Lysistrata.

Ἀλλ' ἤν περ ὁ γλυκύθυμος Ερως καὶ Κυπρογένη Αφρεδίτη

Advertendum, Præterita in iit Syncopata Crasin passa, natura; extra coalitionem, Cæsura, si obvenerit, produci.

Virgil. Æn. 9, 9:

Sceptra Palatini, classemque petit Evandri.

Ovid. Metam. 9, 611:

Tempora; nec petiit horamque animumque vacantem.

Sic impediit. Imprimis *iit, it* ab *eo* cum compositis Abiit, adiit, coiit, interiit, obiit, periit, præteriit, rediit, subiit; hæc, inquam etiam incontracta extenduntur. cui rei probandæ possem in medium producere Virgilium, Ovidium, Lucanum, Persium, Martialem, Juvenalem, Statium, Valerium Flaccum. & Testimonia ad manum & in promptu sunt; sed in re manifesta testibus uti non necessariis quid attinet? ad ulteriora nos accingamus.

Doctrina de mediis syllabis tam latè diffunditur, & tam spissis difficultatum tenebris obvoluta jacet, ut, nisi ipsa sibi facem præluceret antiquitas ex Poëtarum lectione, frustra Grammaticos veteres, vel modernos consulas. Videri possit hic noster Tractatus, quantus quantus est, nil aliud nisi commentarius

in caput illud unum, de varietate temporum in diversâ syllabarum positione, quam Charisius, Donatus, Servius, Priscianus, alii, strictim attigerunt, idque satis obscure. Quod si quis hæc inter se conferre dignabitur, nos aliquanto latius nido pennas nostras extendisse fortassis intelliget. Causam hujus licentiæ siquis altius repetere volet, ea potius à Rhythmicis & Musicis, quam à Metricis arcessi debet. Pes omnis, qui metrum graditur, in sublatione & positione, quas Arsin & Thesin magistri vocant, temporis aliquod intervallum metitur. Insuper moræ nonnihil aliquando objicitur, quam, ut usus fert, ducas an rapias, non multum interest. Varro laudatus in *Servii*, Mr. *Cap. de Accentib*, pluribus pro Mediâ Prosodia arguit, *ipsâ in* naturâ nihil totum, ubi non sit medium. ut enim inter rudem & eruditum, inter calidum & frigidum, amarum & dulce, longum & breve, est quoddam medium, quod neutrum est; sic inter imam summamque vocem esse mediam; ibique, quam quærimus, Prosodiam. Neminem Musicum esse, qui mediam vocem in cantu ignoraverit. nec quenquam potius esse dicere in sono chordarum, aut aliâ voce buccinarum, assâve voce cantantium mesen esse, si non in omni vocis naturâ esset medium. minimeque mirum, ut in hanc multorum sensus non animadvertat; cum illa, quæ in citharâ auditur, quia aliquanto uberior est, sæpe tantum non sentiat meatum. præterea minus reliquis notam, primum quod ea sit principium aliarum, ut Mese in Musicâ initium cantionis, & omnia initia semper obscura sint. deinde quod omne medium in angustiis non videatur, ut punctum in quamvis magno orbe, quem vocant centron. nullum esse corpus, ubi non sit medium; & omnem vocem corpus esse: omnem igitur vocem medium habere. quod enim fluit deorsum, prius in medium succedere, quam volet sursum: & quod sursum est, ante eo devenire, quam deorsum. quantumvis compitum medium esse. Hæc Varro: qui plurimos & clarissimos quosque mediæ hujus sibi fuisse autores commemorat, Grammaticos, Glaucum Samium & Hermocratem Jasium, Item Philosophum Theophrastum Peripateticum, cui divina facundia nomen adscivit, necnon ejusdem sectæ Athenodorum, summi acuminis virum,

qui

qui quandam Prosodiam monotonon appellat, quæ videtur non alia esse quam media, licet diverso vocabulo. nec deesse, monet *Servius*, qui Prosodias plures esse, quam quatuor putaverint, ut Glaucus Samius, à quo sex Prosodiæ sunt, sub hiisque nominibus [an simenhimes ip pentamene cecasmen antanaca homenech] conjicio αἰλμένη· μέση· ἐπιπεταμένη· αὐτανακλαζομένη· νήτη. sed hic quoque non dissentit à nobis, nam cuivis ex ipsis nominibus intellectu proclive est, tres primas esse simplices; & non alias quam βαρεῖαν· μέσην· ὀξεῖαν· Posteriores autem tres duplices, & quasi species unius flexæ, quæ est genere una: hanc enim flecti non uno modo omnes putaverunt. Eratosthenes ex parte priore acutâ in gravem: Theodorus, aliquando etiam ex gravi in acutiorem extendere. Cæterum Varro in utrâque parte moveri arbitratur. Neque hic facile fieri sine mediâ; eamque acutam plerumque esse potius, quam gravem; quod ea propius utramque est, quam illa superior & inferior inter se.

Quorsum hoc illustre Varronis de accentibus fragmentum, ut erat ubertim diffusum, produxerim, quomodo materiæ, de quâ agitur accommodem; aut quid inde conficiam, paucis accipe. Quemadmodum inter tenorem vocis in acutum sublimatæ, & in grave depressæ, datur pronunciationis æquabilitas: sic inter pedem attollendum & deponendum pausa quædam conceditur: in fastigio vel summo, vel, quod ei opponitur punctum. Hinc Ectasis in impari semipede, quæ Cæsura dicitur, locum sublationis occupat: vel in justo pede, quæ positionis sedem obtinet; ubi dictio cum pede vel semipede finitur. Egregie Quintilianus: Pes currentis, quamvis non moratur, vestigium facit. singulæ quidem voces ne inter se confundantur, quoddam temporis interstitium requirunt, quanto magis vel versus integer à versu, vel sententiæ partes, ut sensu, sic notis majoribus minoribusque distingui postulant, quæ moram longiorem brevioremque, prout res poscit, indicare valeant. Hujus potestatis exempla cum in sublatis, tum in positis pedibus, non pauca protulimus hoc ipso Capite: nec aliunde est quod hiulcam orationem, velut ad mollitiem Jonum compositam, occurrere, sive lenis, seu aspirata se-

quatur

quatur vocalis, prolixe demonstravimus. quid enim ni? cum in vernaculâ Grammaticâ tam alto prætereatur silentio, ut inter Prosodiæ figuras Hiatus ne nominetur quidem. cujus tamen eam vim esse ostendimus, ut vocales naturâ longas aliquando corripiat, alias naturâ breves producat. neque hoc fit in diversis tantum, verum, in eâdem quoque dictione fieri, inferius in undecimo Capite probabimus. Sermonis impetus aliquando rapit voces, ut inter se distinctæ vix appareant. sic contra Grammaticorum etiam veterum præscripta Positio infirmatur, ubi, post brevem vocalem, hanc vocem muta claudat, illam vero ducat liquida.

c. r. *Andr.* 2 5 8.

Nunc nostræ timeo parti quid hic respondeat.

d. r. *Id. Phorm.* 5 7 86. *In solas terras in id redactus sum loci.*

c. m. *Id. Andr.* 1 1 85.

Quid si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri

d. n. *Id. Phorm.* 5 7 47.

Etiam dotatis soleo. quid id nostra? nihil.

Id. Eun. 5 1 10.

Quid is, obsecro, ad nos? aut quamobrem adductu'st? nescio.

Ita 9. ex nostris Mss. Cod. Bembinus disjunctivam particulam omittit; unde mihi politior, quam sincerior videtur. nec enim Terentiani seculi licentiam latis perceptam habebat.

t. l. *Plaut. Mil. Gl.* 4 5 4.

Quid jam? ut multa verba fecit? ut lenta materies fuit?

Hujus generis plura tertium Caput suppeditabit. in secundo quoque vidimus sibilum facile supprimi: ne geminatum quidem orationis cursum necessario morari: quibus exemplis adde:

Posset. *Plaut. Mil. Glor.* 4 5 8.

Idem ego te liberabo, ne, si posset ullo modo.

Hæc obiter de causis mediarum syllabarum. Cæterum opus, quod sub manibus habemus institutum, pergamus exequi.

CAP.

CAP. VI.

Ecthlipſis.

ECTHLIPSIS à Grammaticis dicitur eſſe quoties *m.* cum ſua vocali perimitur proxima dictione à vocali exorſa. Fateor in nova Poeſi vim hanc habere. Sed apud veteres ſyllaba non periit tota, cum hujuſmodi concurſus incideret. Verrius Flaccus cenſuit quoties id fieret non totam literam, ſed partem illius priorem ſcribi oportere, quo appareat eam exprimi non debere. Verum Annæus Cornutus in hoc caſu permittit conſonantem perſcribi quidem, cæterum in enunciando durum & barbarum ſonare exiſtimat. Ut igitur Synalœpham ſic etiam Ecthlipſin ſyllabæ non ſemper nocuiſſe demonſtrabimus.

In Cæſura ſemiſingulari *Plaut. Amph. Prol.* 114.

Dum ille quicum volt. voluptatem capit.

In ſemiternaria *Plaut. Menæchm.* 3 2 24.

Flagitium hominis! ſubdole, ac minimi preti.

5 1 9. *Flagitium hominis cum iſthoc ornatu! quid eſt?*

In Semiquinaria *Id. Bacchidib.* 2 1 2

Poſtquam hinc in Epheſum abii, conſpicio lubens.

Id. Aulular. 1 1 26.

Nunc ibo ut viſam, eſtne ita aurum, ut condidi.

Id. Pœn. 1 2 115.

Namque edepol lucrum amare nullum amatorem addecet

In Semiſeptenaria *Id. Amphitr. Prol.* 54.

Eandem hanc, ſi voltis, faciam ex Tragœdia.

In Seminovenar. *Id. Pœn. Prol.* 94.

Huc commigravit in Calydonem haud diu.

In Semiundenaria forte *Id. Rud.* 2 4 34, 5.

Palæſtræ in aram uti confugiamus, priuſquam huc
Sceleſtus leno veniat, noſque hic opprimat.

Imp. quam huc ſceleſtus. præter leges metri.

Semiſeptenaria cum ſemiundenaria in uno verſu reperitur.

Plaut. Caſin. Prol. 23.

Ejicite ex animo curam atque alienum æs.

Semiquinaria ſimiliter *Cæcil. Plocio.*

Inſanum auſpicium aliter hiſtrionum eſt.

Item in pedibus abſolutis. *Id. Aſinar.* 2 2 52.

In 1. *Siquidem omnes conjurati cruciamenta conferant.*

Ibid. 3 1 36.

Etiam opilio, qui paſcit, mater, alienas oves.

In 2. *Id. Mil. Glor.* 4 4 22.

Date modo operam: id nos ad te, ſiquid velles, venimus.

Epid. 2 2 63. *Hoc quod actum. egomet poſt ubi illas audivi loqui*

Id. Epidic. 1 2 18.

Quem quidem ego hominem, irrigatum plagis, piſtrino dabo.

Id. Pſeud. 2 3 7.

Hic argentum: hic amica amanti herili filio.

In 3. cum Ectaſi. *Id Perſa* 2 5 20.

Sequere hac ſis: argentum hic eſt, quod me dudum rogaſti.

In 4. *Plaut. Aſinar.* 3 1 38.

Sine me amare unum Argyrippum animi cauſa, quem volo.

Pomponius Aleonibi At ego ruſticatim tangam, urbanatim neſcio

Plaut. Mercat. 4 3 7.

Vidiſſe eam credo mulierem in ædibus.

In

In 5. *Ibid.* 4 4 48.

Ut veniat ad me jam ſimul tecum. ee.

In 6. *Id. Mil. Glor.*

Nam nihil miror ſi libenter, Philocomaſium, hic eras.

Etiam bis in eodem verſu. *Id. Aſinar.* 4 1 11.

Alienum hominem intromittat neminem.

Quandoque cum Hiatu. *Id. Pſeud.* 1 3 112.

Militi Macedonio. & jam quindecim habeo minas.

Se abſente q ſedabſente *Id. Aſinar.* 3 2 37.

Quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet.

Dum hoc non ſatis attendunt librarii verſus miſcent.

Plaut. Epid. 2 2 61, 62.

Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanæ filium. Perii.

Hercle! quid ego ex te audio? hoc quod actum. egomet poſt ubi
illas audivi loqui

Verſus uterque præter modum excurrit. Inconditam hanc verborum congeriem in juſtos numeros verum erat ſic diſpunxiſſe.

Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanæi filium

Perii! Hercle! quid ego ex te audio?

Hoc quod actum. egomet poſt ubi illas audivi loqui.

Senex recenti dolore perculſus, propter damnoſum filium deliquium ſermonis patitur, & ſeptenarium in Trochaicam Dimetram Acatalectam clauſulam eleganter abrumpit.

Alibi conſonans hæc perperam extritanon tantum limitibus verſuum inter ſe confundendis ſpatium vacuefecit, ſed etiam habitus loquutionis immutandi anſam præbuit.

Id. Pſeud. 4 7 56, 57.

Leno Ballio. atque ut à me mulierem abduceres. Ita

Phœniciumne eſſe dixit? Recte meminiſti. mane.

Juſta diſpoſitio, & exinde lectio hæc erat.

Leno Ballio. atque ut à me mulierem abduceres.

Ita. Phœnicium eſſe dixit. Recte meminiſti. mane.

Certiſſime ſecunda in Phœnicium producitur. & ſane Mimeſis ludificanti commodius inſervit quam Eroteſis.

Deprehendas etiam apud aliquos inſequentium ſeculorum Poetas Ecthlipſin loco inſuperhabitam.

In Cæſ. Semiternaria. *Nemeſian. Cynegetic.*

Sæpe canum. eſt forma illis licet obſita villo. valet κυνῶν

Phædrus 1 5. *Prol.*

Ut illum ipſum cupiam famæ tradere.

In Semiquinaria. propter pauſam.

Lucan. 5.

Scit, non eſſe caſam! o vitæ tuta voluptas!

Sil. Italic. Belli Punici 13.

Dum daret auſpicium uſque in certamina ductor.

Senec. Agamemnone.

Regina Danaum, inclytum Ledæ genus.

Recipe hunc Oreſtem, ac pium furtum occule.

Sonabat ut Danaon. Oreſten.

Id. Hercule Oetæo.

Fortis carerem. O feræ victæ! O feræ!

Manil. Aſtronomic. 1.

Emeritus cœlum, & Claudia magna propago.

Phædr. 1. *Fab.* 4.

Aliamque prædam ab alio ferri putans.

Laurentius, ut verſus ruinam ſuffulciat, ſubdit perferri. male: non enim perfertur, quod inter viam amittitur.

Id.

Id. 4. 5.

Hiſtoria quorum in tabernis pingitur.

-Terentianus Maurus.

Quom Xanthum, Xerxem, aut Xuthum, & talia pono.

In Cæſura Semiſeptenaria. *Phædr.* 1 13.

Hac re probatur quantum ingenium valet.

Poſt quartum pedem. *Id. Prol.* 5.

Quo pacto damnabit quidnam omiſerim?

Seneca Agam. Act. 3.

Hinc ſcelere Lemnon nobilem; hinc Chalcida.

Mſs. duo; alter in Bodleiana Bibl. alter C. Mert. Chalcedona. Gronovius reponit Anthedona; commentum ex priori natum. cur prætulerim Chalcida, in cauſa eſt Hemiſtichium ſequens. Tardamque ratibus Aulida. Aulis enim tam Chalcida ſuggerit; quam Abydos Seſtos; aut Calpen Abile. nec magis periclitatur verſus, quam in his biſegmentis pariter affectis Anapæſtus. *Seneca.*

Medea Chor. 2.	*Potat Araxem.*	*Albim Perſæ.*
Id. Hippolyt. Chor. 1.	*Potat Araxem.*	*& quæ ſtanti.*
Id. Herc. Fur. Chor. 1.	*Linea piſcem.*	*hæc innocuæ.*
Auctor Octav. Chor. 3.	*Principis aulam.*	*En! illuxit.*
Id. Act. 1.	*Reddit clarum.*	*Age tot tantis.*

Scio virum de Tragico hoc inſigni optime meritum hujuſmodi cola in clauſulas fere Dimetras ſeu Adonios conjicere. ſequentia vero eo uſque percellere donec in quadrum conſidant. Nos, quibus Mſs. Codd. & vett. librorum autoritas ſatis munita videtur, nihil hic recepti ordinis movere auſi.

Non erat, cur aliquis hujus capitis originem ex Græcorum fontibus repetendam expectaret quibus Lucil. 17. Τυρὼ ὑπαπράμαν *aliquam rem inſignem habuiſſe* impingam. hæc litera nullum omnino vocabulum illic terminat. ita fortean um, om, in on aut Græcum ον. am in an, quoad ſonum, aliquando abjerit.

Tantum de his passionibus in omnimoda versuum sede monuisse non piguit, cum hæ minutiæ viris non obscuris subinde offensionem crearint. Adest certamen vocalium imparibus viribus inter se concurrentium.

CAP. VII.

Apostrophus initialis.

ARtium scriptores volunt SYNALOEPHAM esse elisionem quandam vocalis ante alteram in diversis dictionibus. Obtineat sane lex ea in comptiore seculo. Fraudi interim fuit nuperis Criticis ad hanc amussim exigere, quantum uspiam extat vetustiorum Poematum. quibus, quamvis faveat consuetudo recentior, obstat veterum auctoritas. his Monosyllaba in vocalem natura longam exeuntia dictionis sequentis initialem brevem avertunt. Verbi gratia; me ames, non Iambum sed Spondeum constituit, perinde ac si m' æmes vel me'mes vel Gallicum, m'aimes efferretur: quod blæsitatis illecebram in se continet.

Terent. Eun. 1 2 113.

Dies noctesque me ames, me desideres.

Plaut. Amphitr. 1 3 44.

Nunquid vis? ut, quom absim, me ames, me tuam, absentem (tamen

Id. Rud. 2 4 25.

Dabitur tibi aqua, ne nequicquam me ames. Cedo mihi urnam. (cape

Horat. Sermon. 1 9 38.

Si me amas, inquit, Paulum hic ades. Inteream, si

Μὴ *Sophocl. Philoctete.*

Ο Λαρτίου παῖς καὶ σύ· μὴ 'πεύξῃ πέρα

Aristophanes Vespis.

Μοχλοῖσιν ἐνδήσαντος ὡς ἂν μὴ 'ξίῃ.

Euripid.

Euripid. Phœniss.

Κακὸν τὸ μὴ 'χειν· τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

Pythagoras Carminib. Aureis.

Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ 'πίστασαι· ἀλλὰ διδάσκευ.

Terent. Eun. 1 2 106.

Faciundum est quod vis. Merito te amo. bene facis.

Not. Var. *merito amo te.* nimis invenuste

Terent. Heautont. 2 3 119.

Ut sit necesse. Merito te amo, Clinia.

Eadem editio. *Amo te merito.* etiam inconstanter. alibi nihil movent.

Id. Eun. 3 1 58. *Jamdudum te amat; jamdudum illi facile fit.*

Id. Adelph. 5 7 5.

Qui te amat plusquam hosce oculos. sed cur non domum.

Iterum Lugdunensis editor. *Qui amat te.* Quid enim ni fluctuetur cui ad clavum sedenti, nec Cynosura, nec certum sidus, quod cursum dirigeret, uspiam affulsit? Mss. aut libros vett. sumpsisset comites, plus profecisset; quando variantium seculorum rationem minus perspectam habuit.

Plaut. Mostellar. 1 3 25 74.

Ita tu me ames; ita Philolaches tuus te amet, ut venusta es.

Quid illis futurum est cæteris, qui te amant? magis amabunt.

Bis in eodem versu. *Ter. Adelph.* 4 5 46.

Et scio. nam te amo quo magis, quæ agis curæ sunt mihi.

Plaut. Sticho. 4 1 5.

Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi.

Virgil. Æn. 6 507.

Nomen & arma locum servant, te amice, nequivi.

τῇ *Aristoph. Acharnensib.*

Εν τῇ 'γορᾷ καθήμενος.

Id

Id. Equitib.

ὑπὸ τῆς θεᾶς τῇ χλιδῇ τῇ Ἀφαντίνῃ.

Se *Terent. Andr.* 4 2 4.

Orare juſſit, ſi ſe ames, hera jam ut ad ſeſe venias.

Latet ſub hac formula neſcio quid delenificum: & ipſa loquelæ infractio mirum quantum ad animos adoleſcentis amantis pariter infringendos valet.

Ne *Terent. Eunuch.* 5 9 50.

Neque iſtum metuas ne amet mulier. facile pellas, ubi velis.

Guietus invertit ne mulier amet. Erat ille vir politus; ſed moduli Terentiani, ſiquis alius, non ſatis gnarus.

Me habes *Plaut. Perſ.* 3 78.

Utrum tu pro ancilla me habes an pro filia?

Me homo *Ter. Andr.* 4 5 5.

Reliquit me homo atque abiit. Di voſtram fidem!

Plaut. Mil. Glor. 2 3 61.

Me homo nemo d. terruerit, quin ea ſit in his ædibus.

Me ad *Terent. Adelph.* 1 2 31.

Proh Jupiter! tu homo adigis me ad inſaniam.

Me & *Terent. Heautont.* 1 1 63.

Putavit me & ætate & benivolentia.

Ita Mſs. novem. tres omittunt priorem copulam omnes ordiuntur verſum à verbo putavit. Contra Muretus, Bembo autore, Ætate me putavit & ſapientia, ſuppoſuit. Schrevel. ſeorſim. Et ætate putavit me & benevolentia. Poſſit tamen aliquis non immerito ſuſpicari Terentium hic ſcriptam reliquiſſe Putavit med æ. & b. quomodo *Ennius* in *Epicharmo*, Lambini ex conjectura ad illud Ciceronis Academic. 2.

Nam videbar fomiare me & ego eſſe mortuum.

Scripſit med. ſed neſcio an Terentiana Plautinis Enniani-ſque non ſint caſtigatiora.

Me

Me ibi. *Plaut. Capt.* 3 1 30.

Nunc redeo inde, quoniam video me ibi ludificarier.

Me in *Id. Mostellar.* 2 2 68.

Nam me in Acheruntem recipere Orcus noluit.

Aristoph. Ranis.

Ἡ βωμολόχοις ἔπεσι χαίρει μὴ ἐν καιρῷ τοῦτο ποιοῦσιν.

Me item *Plaut. Aulular.* 2 2 50.

Factiosum me item esse hominem pauperum pauperrumum.

Me ut *Ibid. Prol.* 8.

Defodit venerans me, ut id servarem sibi.

Id. Capt. 3 4 68.

Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiæ.

Id. Rud. 5 3 32.

Id ego continuo huic dabo, adeo me ut hic emittat manu.

Te ego *Ibid.* 3 4 13.

Te ego appello. cum isthoc primum, qui te novit, disputa

Id. Asinar. 1 2 22.

Te ego ulciscar; te ego, ut digna es, perdam, atq; ut de me meres.

Te agis. *Id. Mostellar.* 3 1 35.

Quo te agis? nec quoquam abeo. næ ego sum miser.

Id. Trinum. 4 3 71.

Eamus intro, sequere. Quo tu me agis? Quonam, nisi domum?

Te heri. *Id. Amph.* 2 2 99.

Te heri me vidisse, qui hac noctu in portum advecti sumus.

Aristoph. Avibus.

Τὴν πτέρυγα καὶ τοῦτι τὸ πλῆκτρον θητέρα.

Te honestet. *Plaut. Trinum.* 3 2 67. Plane ut dehonestet.

Te honestet, me autem collutulet; si sine dote duxeris.

Te idem. *Terent. Phorm.* 2 3 79.

Iratus est. Tu te idem melius feceris.

Id. Heautont. 5 1 44.

Cedo dextram. porro te idem ora ut facias, Chreme.

Te in *Plaut. Pers.* 4 4 31.

Te in exilium ire hinc oportet. Quid jam? Quia perjurus es.

Id. Asinar. 1 3 6.

Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert.

Catullus ad Camerum. 52,4 *Te in circo, te in omnibus libellis.*

Se inania. *Lucret.* 5 5 22.

Passim per cœli volvunt se inania templa. Sic codd. Lambini; alii imma-

Ne agas. *Terent. Phorm.* 2 3 72.

Actum, aiunt, ne agas. Non agam! imo haud desinam.

Editor Nott. Var. Ne actum agas, aiunt. Ordinem vero receptum præter consentientes Mss. stabilit Donatus. nec hic tantum sed etiam ad *Andr.* 3 1 7.

Ne eam. *Plaut. Merc.* 1 2 78.

Quin, sceleste, abstrudebas, ne eam conspiceret pater.

Ne ego *Titinius Fullonibus.*

Ut mihi subvenias, ne ego maialis foam: etiam Mercerus invitis Mss. edidit, ego ne.

Plaut. Amphitr. 1 1 149.

Ne ego hic nomen meum commutem, & Quintus fiam ex Sosia.

Sophoc. Philoct.

Ἀνὴρ ὅδ', εἰ μὴ γὼ κακὸς γνώμην ἔφυν.

Ne enim. *Plaut. Mostellar.* 5 1 46.

Ne enim illi huc confugere possint, quæstioni quos dabit.

Strattis. Ὅταν φακῆν ἑψῆτε, μὴ πιχεῖν μύρον.

Ne herus. *Id. Pseud.* 4 3 11.

Metuo

Metuo autem ne herus redeat etiam dum a foro.

Ne id. *Id. Men. 5 2 38.*

Quid ille faciat, ne id obſervet, quo eat, quid rerum gerat.

Ne in. *Id. Caſind. 2 6 53.*

Quid tu id curas? quia enim metuo ne in aqua ſumma natet.

Næ ego *Id. Moſtellar. 3 1 35.*

Quo te agis? nec quoquam abeo. næ ego ſum miſer.

Id. Trinum. 2 4 32.

Is hercle eſt ipſus. Edepol. næ ego iſtum velim

Id. Amphitr. 1 1 209.

Vox mihi ad auris advolavit. Næ ego homo infelix fui.

Næ hodie *Id. Trinum. 2 2 107.*

Næ hodie malo cum auſpicio nomen commutaveris.

Mi ego *Terent. Heautont. 5 5 16.*

Gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames.

Mi here. *Plaut. Trinum 4 3 65.*

Certe is eſt. is eſt profecto. O mi here exoptatiſſume.

Mi homo *Terent. Phorm. 5 8 16.*

Uxorem duxit. Mi homo, Dii melius duint!

Mihi. mi ut *Plaut. Trinum. 3 1 18.*

Ulciſcare. ut mihi ut erga te fui, & ſum referas gratiam.

Tu abi *Terent. Eun. 4 6 25.* (ſorum

Tu abi, atque obſera oſtium intus, dum ego hinc tranſcurro ad

Editor Lugdunenſ. Nott. Var. Abi tu.

Id. Phorm. 5 2 12.

Cum iſta ut loquatur. tu abi Geta: prænuncia hunc venturum.

Corrector noſter iterum udo digito Tu Geta abi: timebat delicet Iambo.

Plaut. Rud. 4 3 88.

Quo pacto? sine me hinc abire. tu abi tacitus tuam viam.

Tu ab Id. Truculent. 4 3 17.

Jam tace. accepistin puerum tu ab hac? accepi. tace.

Tu ages Id. Pœn. 3 3 62.

Hominem peregrinum. tuam rem tu ages, si sapis.

Tu emis. Id. Mercat. 2 3 119.

Prius respondes, quam rogo; prius tu emis, quam vendo, Pater

Tu eum. Id. Casin. 2 3 51.

Tu eum orato; ego autem orabo villicum. sane volo.

Tu idem Id. Asinar. 2 1 8.

Serva herum. Cave tu idem faxis quod alii servi solent.

Tu item Ibid. 2 108.

Quæso æquo animo patitor. Patitor tu item cum ego te referiam.

Tu habes Id. Epidic. 3 3 29.

Næ tu habes servom graphicum & quantivis preti.

Ibid. 5 2 18.

Tu habes lora: ego te emere vidi. quidnam cessas? colliga.

Tu herus Id. Men. 5 9 17.

Tu herus es; tu servom quære. Salveto tu; tu vale.

Tu homo Id. Epidic. 5 2 28.

Quid ago? quid agas! mos geratur. Frugi es tu homo Apœcide.

Ibid. 4 2 6.

Tu homo insanis. Egone? Tute. Cur? quia ego hancce, quæ fiet.

Ibid. 5 1 31.

Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras & meum?

Id. Men. 2 2 50.

Non edepol tu homo sanus es, certo scio

Qui amat *Terent. Hec.* 3 2 8.

Nam qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte duco.

Guietus, ex metri ratione, ſcilicet, ſcribit ac diſtinguit; Nam amat qui cui ipſus eſt odio. Nequaquam Latine. Relativum enim adeo non ſequitur ſuum ipſius Verbum in recto caſu, ut illud ſemper ordine compoſitionis præcedat etiam in obliquo. Tantum Barbariſmum puriſſimo ſcriptori per emendationem importare potuit ignorata Comici metri licentia. Nimirum exciderat quod annotarat ad

Andr. 1 2 20.

Hoc quid ſit? Omnis qui amant ægre ſibi dari uxorem ferunt.

Τὸ i in qui non elidi dicit quemadmodum apud

Virgil. Ecl. 8. *v. Penult.*

Credimus? an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Mihi geminam videtur Craſin abjeciſſe, verborum, quæ prius attulimus, compage diſturbata. Nam qui amat & cui odio ipſus eſt, qui aime & qui eſt hai, valet.

Plaut. Mercat. 4 4 4.

Nam qui amat, quod amat, ſi id habet, id habet pro cibo.

Qui aget. *Ter. Phorm. Prol.* 28.

Quia primas partis qui aget, is erit Phormio.

Editor Nott. Var. Quia primas qui. partes aget greſſu inæquali & admodum incompoſito: ſed Non quivis videt immodulata poemata.

Qui ais. *Ibid.* 2 3 36.

Ego me nego. tu qui ais, redige in memoriam.

Qui aquam *Plaut. Truc.* 2 7 12.

Nam hoc adſimile eſt, quaſi de fluvio qui aquam derivant ſibi.

Qui erit *Ter. Ph.* 5 7 18.

Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?

Plaut. Mercat. 5 4 57.

Annos natus ſexaginta qui erit, ſiquem ſcibimus.

Qui erant *Terent. Heautont. 5 2 13.*

Abii ad proxumos tibi qui erant; iis commiſi & credidi.

Præli Hackiani curator, proxumos qui erant tibi. invitis Mſs.

Qui eras *Plaut. Trinum. 4 2 138.*

Prius non is eras qui eras: nunc is factus, qui tum non eras.

Qui abhinc *Id. Stich. 1 2 80.*

Quid illos expectatis, qui abhinc jam abierunt triennium?

Qui ad *Id. Aſinar. 1 2 9.*

Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

Qui alunt *Id. Captiv, 4 2 27.*

Tum piſtores ſcrofipaſci, qui alunt furfuri ſues.

Gerardus Voſſius in Etymolog. Dict. digerit ordine inverſo -- furfuri qui alunt ſues. Nimirum melioris literaturæ artifex & rei metricæ doctor, inſuper in vett. Poetis non mediocriter exercitatus, tamen in Craſes haſce & cæteras minutias, quibus antiquæ Poeſios licentia ſumma continetur ſcrupuloſius inquirere, fortaſſe id ſibi negotii non dedit.

Qui eas *Id. Trinum. 4 4 76.*

Qui eas emit? Callicles, quoi tuam rem commendaveras.

Qui emit *Id. Mercat. 2 3 97.*

Quo vertiſti? ad illum qui emit. ubinam eſt is homo gentium?

Qui ego *Id. Amphitr. 1 1 218.*

Qui ego ſum? Perii. Parum etiam, præut futurum eſt, prædicas

Qui heri *Terent. Heautont. 3 2 8.*

Tam mane, qui heri tantum biberis? Nihil nimis.

Leidenſis Corrector. -- heri qui, minus venuſte.

Qui heros *Ibid. 26.*

Eho! quæſo, laudas qui heros fallant? in loco.

Dictus

Dictus cenſor. Eho! laudas, quæſo, heros qui fallant? Mirum ni idem ſemper fallatur in verſuum pedatura cui ipſa regula pariter ubique à vero deflectit.

Qui herus *Plaut. Aſinar.* 3 3 6. cum Dimetro Hiatu.

Nolo ego te, qui herus ſis mihi, onus iſtud ſuſtinere.

Qui habet *Id. Pœn.* 4 2 1.

Verberatum, vinctum, addictum, qui habet, quod det, utut homo eſt

Id. Rud. 5 2 10.

Meum, hercle, illic homo vidulum ſcit, qui habet, ut ego opinor

Nevius Tabellaria.

Qui habet uxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.

Qui habent *Plaut. Curcul.* 4 3 16.

Quam pars latronum libertos qui habent, & eos deſerunt

Qui habeam *Id. Epid.* 4 2 13.

Quid ego lenocinium facio, qui habeam alienos domi?

Qui habito *Id. Amph.* 3 1 3.

In ſuperiore qui habito cœnaculo.

Qui homo *Id. Moſtell.* 5 1 1.

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.

Id. Aululat. 4 10 60.

Qui homo culpam admiſit in ſe nollu'ſt tam parvi preti

Id. Trinum. 4 2 84.

Qui homo eſt me inſipientior, qui ipſe egomet, ubi ſim, quæritem?

Id. 2 2 24.

Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo.

Cæcilius Harpaxomene.

Qui homo ineptitudinis cumulatus cultum oblitus eſt.

Qui in *Plaut. Trinum Prol.* 12.

Adoleſcens quidam eſt, qui in hiſce habitat ædibus.

Qui

Qui amabo *Plaut. Bacchidib.* 1 1 19.

Qui amabo? quia, Bacchis, Bacchas timeo & Bacchanal tuum.

Id. Stich. 1 2 34.

Osculum. sat est osculi mihi vostri, qui, amabo, Pater?

Qui eam *Plaut. Trin.* 2 2 49.

Quid is, egetne? eget. habuitne rem? habuit. qui eam perdidit?

Quoi ego *Id. Curcul.* 1 3 46.

Cedo mihi contra aurichalco, quoi ego sano serviam.

Ibid. 4 4 4.

Male loqui profecto quoi ego, nisi malum, nihil debeo.

Id. Mercat. 2 3 107.

Certe edepol adolescens ille, quoi ego emo, efflictim perit.

Ib. 10.

Ex amore. quam ille adolescens, quoi ego do hanc operam, pater.

Id. Trinum. 4 2 25.

Quoi ego liberosque, bonaque commendavi, Calliclem.

Quoi emitur *Id. Mercat.* 105.

Maximam hercle habebis prædam; ita ille est, quoi emitur senex

Quoi operam *Id. Capt.* 3 5 47.

Quia vera obessent, illi quoi operam dabam.

Quoi odio *Ter. Hec.* 3 2 8.

Nam qui amat quoi odio ipsus est. ut supra.

Quoi homini *Plaut. Trinum.* 3 1 3.

Quoi homini despondit? Lysiteli, Philtonis filio.

Quoi herus *Id. Pers.* 4 4 61.

Quoi herus jussit. quid si hic non vult me adesse una? imo i modo.

Nota me desse.

Quo eam *Id. Aulular. Prol.* 27.

Quo eam facilius nuptum, si vellet, daret.

Quo

Quo Etesia *Lucr. 6 711.*

Anni tempore eo, quo Etesia flabra feruntur.

Quo is *Plaut. Cistellar. 1 1 91.*

Quo is homo insinuavit pacto se ad te? per Dionysia.

Quo abis *Terent. Adelph. 5 2 5.*

Nostin'? jam scibo. quid agis? quo abis? mitte me.

Nott. Var. Abis quo? constructione violenta, nec satis Latina.

Id. Hec. 3 5 46.

Mane, inquam; Quo abis? quæ hæc est pertinacia?

Id. Phorm. 1 4 39.

Non possum adesse. Abi quid agis? quo abis? Antipho, mane.

L. non potis sum —

Quo ego *Id. Heautont. 3 3 25.*

Abire hinc aliquo. Quo ego hinc abeam? quo lubet, da illi locum

Corrector Leydensis. Quo hinc abeam ego? quo? quo lubet. Inanis agnominationis aucupio justos numeros egressus est.

Ib. 2 3 71.

Eho, sceleste, quo illam ducis? Quo ego illam? ad nos scilicet.

Idem Censor novæ Prosodiæ regulis, velut fascino, constrictus. Quo illam ego?

Quo eat *Plaut. Pseud. 4 6 40.*

Nisi ut observemus quo eat, aut quam rem gerat.

Id. Men. 5 2 38.

Quid ille faciat, ne id observes, quo eat, aut quam rem gerat.

Quo eam *Lucilius 30.* imitatione Plauti.

Quid servas quo eam? quid agam? quid id attinet ad te?

Quo iter *Plaut. Persa. 2 2 39.*

Quid ais? certumne est celare, quo iter facias, pessuma?

Quo agis *Id. Amph.* 1 1 294.

Quo agis te? domum. Quadrigas si nunc inscendas Jovis.

Quo herus *Pomponius Ergastulo.* ex *Nonio.*

Longe ab urbe villicari, quo herus rarenter venit.

M S. C C C. quorus. dominatur igitur prioris vocalis sonus: dictionis sequentis vocalis premitur & latet.

Quæ ames *Plaut. Truculent.* 5 1 38.

Qui (malum!) bella aut facetа es, quæ ames hominem istimodi?

Quæ amat *Id. Mil. Glor.* 4 2 8.

Quæ amat hunc hominem nimis lepidum, & nimia pulchritudine.

Vulgò nimium, à librariis, qui Artem Metricam secus edocti, quàm priscorum usus tulit, ne versus ἀνάφαλος foret, syllabam de suo largiti videntur.

Quæ Acherunti *Id. Captiv.* 5 4 1.

Vidi ego multa sæpe picta, quæ Acherunti fierent.

Quæ agis *Terent. Adelph.* 4 5 46.

Et scio. nam te amo; quo magis, quæ agis, curæ sunt mihi.

Eurip. Ione.

Κἂν τοῖς κακοῖσιν αἱ γυναῖκες μεμιγμέναι.

Quæ amara *Lucret.* 2 405.

At contra quæ amara, atque aspera cunque videntur.

Quæ ea *Plaut. Pœn. Prol.* 97.

Suam sibi cognatam imprudens, neque scit quæ ea sit.

Sit, male redundat in sequ. versum juxta vulgatos, eumque cooperit, tanto longiorem quam jus erat Senarii.

Quæ ego *Id Pseud.* 1 1 70.

Hæc quæ ego scivi, ut scires, curavi omnia.

Id. Trinum. Prol. 6.

Nunc igitur primum, quæ ego sim, & quæ illa hæc siet.

Lucil.

Lucil. 2.

Quæ ego nunc Æmilio præcanto, atque excanto, atque exigor.

Sonabat proculdubio quemadmodum Κἀγώ· κἀμοῦ· κἀμοί· κἀμέ· κἀπό· κἀκ· κἄν· χὤπως.

Quæ erat *Terent. Heautont.* 2 3 46.

Ejus anuis causa, opinor; quæ erat mortua.

Leydensis Terentii castigator, erat quæ mortua. Inscite: sed nil præter solitum.

Plaut. Mil. Glor. 5 1 17.

Itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.

Supra probavimus per Crasin coaluisse qui eras, qui erant, qui erit: infra, si erant, si eris, probaturi.

Aristophanes Thesmophoriazusis.

Ετέραν ἐγῷδ' ἡ Ἔφασκεν ὠδίνειν γυνή.
Εἶθ' ἡ μιαρὰ γραῦς ἢ Ἔφερεν τὸ παιδίον.

Par Crasis apud eundem in brevibus reperitur. ἃ Ἔλαβες· ἄχεις. Αὐτός τ' ἐμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἃ Ἔπαθον.

Quæ ut *Plaut. Bacchidib.* 3 1 7.

Quæ ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.

Quæ habeas *Id. Merc.* 4 3 3.

Hem, quoi te, & tu quæ habeas, commendes viro!

Quæ habent *Id. Pœn.* 1 2 107.

Quæ habent nocturna ora noctu sacrificatum ire occupent.

Quæ habuit *Id. Epid.* 1 1 32.

Mulciber, credo, arma fecit, quæ habuit Stratippocles.

Quæ habitudo *Terent. Eun.* 2 2 11.

Qui color, nitor, vestitus? quæ habitudo corporis?

Quæ heri *Plaut. Asinar.* 2 4 30.

Sed vina, quæ heri vendidi vinario Exærambo.

Id. Mil. Glor. 2 5 29.

Egone? tute. quæ heri Athenis Ephesum adveni vesperi.

Quæ hominem *Id. Men.* 2 3 23.

Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.

Qua heri *Id. Mercat.* 2 1 33.

Navem ex Rhodo qua heri est advectus filius.

Sic ὁ, ἡ, ἦ, οἱ, αἱ Nominibus omnibus à vocali præcipue brevi incipientibus ipsa mixtura syllabam initialem productiorem reddunt.

DI ament *Id. Trinum.* 4 3 17. (*tam?*

Ita de me dI ament graphicum furem! quid ego, quod periit, pe-

Id. Pæn. 3 3 45.

Tu, si te dI ament, agere tuam rem occasio est.

Ibid. 1 2 76.

Nam ita me dI ament, ut illa me amet, malim quam dI, Milphio

Terent. Heautont. 4 3 8.

Atque ita me dI ament, ut ego nunc non tam meapte causa.

Catullus in Æmilium.

Non, ita me DI ament, quicquam referre putavi.

Ni ego *Pacuvius Pseudone.* ex *Fulgentio Planciade.*

Ni ego te blaterantem aspicerem, his nuncium indicassem.

f. nunc jam pro nuncium.

Plaut. Amphitr. 2 2 41.

Ni ego illi puteo, si occepso, omnem animam intertraxero,

Ni ita *Id. Mil. Glor.* 4 3 27.

Itane tu censes? quid ego ni ita censeam?

Ni etiam *Pacuvius, Peribœa.*

Parum est quod te ætas male habet, ni etiam ad malam.

Quo-

Quomodo in uno Nonio manu ſcriptum vidimus.

Si amas *Plaut. Curcul.* 1 3 57.

Si amas, eme; ne rogites: facito ut precio pervincas tuo.

Si amabat *Id. Rudent.* 2 3 40.

Quid faceret? Si amabat rogas, quid faceret? aſſervaret.

Si abeſt *Id. Bacchidib.* 2 2 16.

Anima eſt amica amanti. ſi abeſt; nullus eſt.

Lucret. 4 1054.

Nam ſi abeſt quod amas, præſto ſimulacra tamen ſunt.

Si abeamus *Plaut. Captiv.* 2 2 10.

Neque te nobis, ſi abeamus hinc, ſi fuat occaſio.

Si acum *Id. Men.* 2 1 13.

Sumus circumvecti, ſi acum, credo, quæreres.

Si agit *Id. Bacchidib.* 2 2 37.

Nullam æque invitus ſpecto, ſi agit Pellio.

Si avom *Id. Menæchm.* 5 1 51.

Idem hercle dicam, ſi avom vis adducere.

Si ego *Ibid.* 2 64.

Si ego intra ædis hujus unquam ubi habitat, penetravi pedem

Id. Pſeudol. 1 3 105.

Si ego emortuus ſim, Athenis te ſit nemo nequior.

Id. Capt. 2 3 56.

Si ego item memorem quæ me erga multa feciſti bene.

Id. Amphitr. 1 1 202.

Auferere, non abibis; ſi ego fuſtem ſumpſero.

Si erant *Plaut. Aſinar.* 1 2 17.

Atque ea ſi erant, magnas habebas omnibus DIS gratias.

Conciuno verſum. magnam --gratiam. Agere gratias; *Turpilius*

pilius Philopatro. Utinam poſſim tibi referre gratias, ut de me meres l. gratiam. Referre, habere gratiam Latinis in uſu frequentiori. Similiter ex ignorata priſcæ dictionis conſuetudine corrumpitur Senarius apud

Terent. Phorm. 2 3 23.

Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam.

Verſus eſt μακροκέφαλος. Legendum

Nam, ni ita eum exiſtumaſſem, nunquam tam gravem,

Ob hanc, inimicitiam caperem in voſtram familiam.

Verſus abundantia in priorem reſtagnat. Vox ævo Terentiano familiaris, nec ipſi Ciceroni ignota. inimicitiam capere eſt δυζμένειαν ἄρασθαι. eam vocem antiquis vix ultra ſingularem, recentioribus vix unquam citra pluralem numerum reperias uſurpatam.

Si eris *Plaut. Aſinar.* 1 3 75.

Remeato audacter mercedem ſi eris nactus: nunc abi.

Id. Trinum. 4 3 61.

Si eris meritus fiet. ſt! reſpice ad me huc. ego ſum Charmides.

Si erit *Id. Mil. Glor.* 2 2 40.

Ego iſthæc, ſi erit hic, nunciabo: ſed quid eſt Palæſtrio?

Si eum *Pomponius Maiali.*

Si eum nemo vocat, revortit mœſtus ad menam miſer.

Si eam *Terent. Phorm.* 2 2 33.

Si eam ſuſtinueris, poſtilla jam ut lubet, ludas licet.

Si ibi *Plaut. Mercat.* 3 4 65.

Si ibi amare forte occipias; atque item ejus ſit inopia

Si item *Ibid.* 66.

Jam inde porro aufugies; deinde item illinc ſi item evenerit.

Si ita *Terent. Heautont.* 4 1 47.

Noſtra eſt, ſi ita eſt. vivitne illa cui tu dederus? Neſcio.

Mſs.

Mss. 12. o. quos vidimus ordinem hunc clare præferunt. Censor Leydensis, ita si est, nobis obtrudit in Terentio suo. cum Nott. Var. Artis videlicet, quam puer didicerat, religiosus observator. juxta libros; fateor, ante se perperam editos. aliter facturus si Mss. vel suos consuluisset: quanto magis si veterum autoritati animum attendisset? ea nimirum unica solida ratio est editiones gregarias secernendi ab exemplaribus lectis & genuinis.

Plaut. Aulular. 3 5 18.

Hoc si ita fiat mores meliores sibi.

Id. Pœn. 5 2 87.

Antidamæ gnatum me esse. si ita est tesseram.

112. *Sed si ita est ut tu sis Iachonis filius.*

Id. Trinummo 4 4 6.

Credo omnia isthæc si ita est ut prædicas. Malim; *ut tu*

Si itura *Id. Mil. Glor.* 4 7 16.

A matre illius venio: si itura est, eat.

Si idem *Terent. Eun.* 5 *ult.* 41.

Verum si idem vobis prodest, vos non facere insciti a est.

Ita Mss. optimæ notæ 10. reliqui 2. si id quod plane eodem trahit. Castigator opt. autoris nobis jam ante non semel memoratus, ut versui sano medicinam faceret, Verum idem si vobis prodest, edidit. Durius. Atqui si cum priscis, in foro suo litigasset, adesset reo Terentio advocatus.

Plaut. Aulular. 3 5 4.

Nam, meo quidem animo, si idem faciant cæteri.

Si id *Id. Men.* 3 1 19.

Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium.

Si odorata *Lucret.* 6 791.

Tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit.

Aristoph.

Aristoph. Ranis.

Εφρυγε, κῷνον αἰεκεράννυ γλυκύτατον.

Si habet *Terent. Phorm.* 5 9 52.

Homo adolescens si habet unam amicam, tu uxores duas?

Si haberem *Pompon. Pistorib.*

Nam plus quæsti facerem, quam quadrinas si haberem molas

Si herum *Plaut. Asinar.* 2 2 87.

Te non æquum est succensere; si herum vis Demænetum.

Pro alimentis *Terent. Heautont.* 4 8, 9.

Quas pro alimentis esse nunc duco datas
Hasce ornamentis consequentur alteræ.

Guietus cum ad primores numeros imprudens pedem offendisset, iratus dolabram censoriam distringit. locum, siquis alius, sanum pro male affecto reputat: nec mora; duos integros versus deasciat. En medicum! cui consilii maturo, & manu imprimis leni, pestes poeticas melius commiseris, quam orbis humanioris delicias, Terentium.

Pro equo *Plaut. Bacchidib.* 1 1 39.

Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.

Pro asinis *Id. Asinar.* 2 2 70.

Pro asinis. adolescens venit modo, qui id argentum attulit.

Pro eo *Id. Captiv.* 5 1 27.

At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

De alia *Id. Aulular.* 4 10 40.

De alia re rescivisse censui, qnod ad me attinet.

De ea *Id. Cistellar.* 1 1 86.

Obsequuta est de ea re gessit morem morigeræ mihi

O amice *Id. Trin.* 1 2 10.

O amice salve atque æqualis. ut vales?

O Alexi

O Alexi *Virgil. Bucol. Ecl.* 2 65.

Te Corydon, O Alexi. trahit sua quemque voluptas.

Aristoph. Nubibus.

Αδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τ̓ ὁμομητρίαν ἀδελφήν.

item ὦ 'νόητε. ὦ 'ναίσχυντε. ὦ 'μαθέστατε. ὦ 'δελφέ.

Theocritus ὦ 'πιμελητά· ὦ 'λεύθερε.

Habet etiam locum in contractis.

Aristoph. Thesmophor.

Ως αὐτὰ κρῆ 'ξ Απατουρίων τοῖς μαστροποῖς διδοῦσαι.

Ubi κρέατα· κρέαα· κρέα· κρῆ cum ἐξ coalescit.

Rei agendæ *Plaut. Mercat.* 5 4 27.

Adolescentes rei agendæ isti magis solent operam dare.

Interdum idem contingit in vocibus plurium syllabarum.

Vidisti ita *Id. Stich.* 2 2 49.

Venit inquam; Tun eum ipsum vidisti? ita ego! libens.

Auri & *Idem. Rudente.* 4 4 144.

Credo edepol ego illic inesse auri & argenti largiter.

Cœpi ego *Terent. Eun.* 4 2 21.

Dum rus eo, cœpi ego mecum inter vias. 2. Mss. Bœcleri

Nisi herum *Plaut. Mostell.* 4 2 75.

Mihi, nisi herum metuam & curem, nihil est, qui tergum tegam.

Sic Græci *Sophocles Philoctet.*

Εαὶ μόλω 'γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.

Aristoph. Ranis.

Νὴ τ̓ Ποσειδῶ 'γωγε κ̓ νυνὶ γ' ὁρῶ.

Nec ulla figura Atticis scriptoribus celebrior.

In his omnibus exemplis supra allatis Crasin debere statui necessario demonstravimus, nisi Trochæum in Iambicis, aut

Iambum in Trochaicis ſupponere velimus, quod eſſet abſurdum. Præterea, tam contra naturam ſonorum eſt, ut longæ vocales à brevibus abſorbeantur, quam eſſet ſi minor menſura caperet majorem; aut corporum levia gravibus præponderarent. Quod ad vocalium igitur concurſum, in his quaſi Protheticis vocibus, idem propemodum uſuvenit quod verbis compoſitis; ut enim Præhabeo, præhibeo, præbeo: Dehabeo, dehibeo, debeo: ſic qui habet, qui hibet, qui 'bet: ſi habet, ſi hibet, ſi 'bet. Vocalis enim quæ raptim effertur, proxime abeſt ut auditum omnino fugiat, & ſoni amplioris claritate præſtringatur. à Prohibeo ſunt proibia, prœbia. miſcentur igitur vocales in dipthongum. ut Deago, deigo, dego: ſic Ne agas, ne igas, ne'gas. ut ne hemo, nemo fit: ſic me homo, me 'mo ſonabat. ſed in re adeo ſubtili ventilanda qualis eſt literarum poteſtas, nolo lectoribus faſtidium creare.

Operæ pretium eſſet ſi Latinæ compoſitionis ſtudioſi diligenter animum adverterent an hujuſmodi dictiones in oratione ſoluta apud idoneos optimi ſeculi ſcriptores unquam à ſe invicem divulſæ fuerint, aut in eum ordinem conjectæ qui familiaris ſermonis interpolatione, lenocinium auribus faceret. Habet quaſdam compellandi formulas omnis humanitas, quicquid inter ſe verborum commercio contrahunt. etiam Orator ex domeſticis affectibus aculeos mutuatur quibus concionem configat; & in quem velit animi habitum impellat. Has locutiones incontaminatas ſervari opertet. unde magnam partem orationis puritas oritur. intimus enim in populum ſe inſinuat dicendi mos jam ante privatim compertus. Tantum habui monere nequis parvi referre exiſtimet quid quo ordine componatur. Refrigerat enim auditoris ardorem quicquid perplexis anibagibus animi ſenſa ſuſpendit. Alia jam ſe nobis offert mora circa extritionem unius ex labialibus, quam præſertim in Monoſyllabis excutiemus, & quo pacto fiat ut aſperitas ſoni in præcedentis vocalis gratiam molliatur, proximo capite, quoad ejus fieri à nobis poteſt, declarabimus.

CAP.

CAP. VIII.

Euphonia.

SUPRA monuimus ECTHLIPSIN apud antiquos non ſemper integram ſyllabam abſtuliſſe, nec ideo magis conceſſerim m ante vocalem clare ſonum eum reddidiſſe, quem in pauſa, vel ſequente b p aut m exhibet. Circuire, circuitio: domum ire, domuitio. Cato Cenſorius die' hanc ſcriptum reliquit. cujuſmodi etiam alia in Vett. libb. reperta imperitos mutare ſolere docet Quintilianus; & dum librariorum inſcitiam inſectari volunt, ſuam confiteri: quinetiam eadem illa litera, quoties ultima eſt & vocalem verbi ſequentis ita contingit, ut in eam tranſire poſſit, etiamſi ſcribitur, tamen parum exprimitur: adeo ut pene cujuſdam novæ literæ ſonum reddat; neque enim eximitur, ſed obſcuratur: & tantum aliqua inter duas vocales nota eſt, ne ipſæ coeant. Victorinus ſcribit impreſſis invicem labiis mugitum quendam intra oris ſpecum attractis naribus dare. item inter m & n literas mediam vocem ſonare. quæ non abhorreat ab utraque litera, ſed neutram proprie exprimat. Caſſiodorus ante conſonantes aſſerit m literam ſono n decentius efferri. manifeſtum id in c q d t f. ut concurro, conquiro, condono, contendo, confugio, à præpoſitione com vel cum. idem ait, ſi vocalis dictionem proximam exordiatur, non enunciari. Nos modo innuimus pari quodammodo ratione in particulis quæ per appoſitionem applicantur nominibus, atque Præpoſitionibus quæ per compoſitionem Verbis præfiguntur, eandem interveniſſe EUPHONIAM. quod dico hujuſmodi eſt. *Cum eo* ſic prolatum veteribus atque *Co' eo: plane ut Comeo Coeo.*

Plaut. Pſeud. 4 2 5.

Et cum eo ſimitu mulierem mitti volo.

Terent. Andr. 4 1 15. *(poſtulem?*

Sed quid agam? adeamne ad eum? & cum eo injuriam hanc ex-

Id. Hec. 4 1 24.

Cum eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.

Plaut. Mercat. 5 4 59.

Cum eo nos hic lege agemus. inſcitum arbitrabimur.

Id. Ciſtellar. 1 1 81.

Unum amare, & cum eo ætatem exigere, cui nupta eſt ſemel

Lucret. 6 275.

Semina, ſeque ſimul cum eo commiſcuit igni

Cum ea *Plaut. Menæchm.* 3 2 17.

Errare; extemplo, quaſi res cum ea eſſet mihi.

Id. Pœnul. Prol. 99.

Neque quicquam cum ea fecit etiamnum ſtupri.

Id. Pſeudol. 1 1 60.

Sino: nam mihi videor cum ea fabularier.

Id. Epid. 2 2 14.

Et cum ea tibicinæ ibant quatuor. Quicum, Epidice?

Latet in cœtu brevium vocalium Craſis quædam. Coago, coigo, cogo. coagito, coigito, cogito. coagmenta. coaddito.

Cum amica, coamica, co'mica. *Terent. Eunuch.* 3 2 42.

Una ire cum amica Imperatorem in viam.

Cum amicis *Plaut. Stichо.* 4 2 2.

Cum amicis deliberavi jam, & cum cognatis meis.

Cum amatore *Terent. Eun.* 5 4 14.

Quæ cum amatore, cum canant, ligurriunt.

Plaut. Mil. Glor. 2 2 84.

Dicam Athenas adveniſſe cum amatore aliquo ſuo.

Cum

Cum amore *Id. Perſa.* 1 1 5.

Quam cum amore ita miſer fio quærendo argento mutuo.

Cum aqua *Id. Caſin.* 2 4 17.

Et ſitellam huc tecum afferto cũm aqua & ſortis. ſatin placet.

Id. Nervolaria.

Ecqui huc effert naſiternam cum aqua ſine ſuffragio?

Cum Aliis *Id. Captiv.* 1 1 25.

Ita nunc belligerant Ætoli cum Aliis.

Ibid. Prol. 24.

Poſtquam belligerant Ætoli cum Aliis.

Cum avunculo *Id. Aulular.* 4 7 3.

Fac mentionem cum avunculo, mater mea.

Cum hero *Plaut. Pœnul.* 1 2 184.

Capias reſtim, ac te ſuſpendas, cum hero, & voſtra familia.

Terent. Adelph. 2 2 3.

Neſcio quid concertaſſe cum hero: nunquam vidi iniquius.

Legimus Cooperiant, cooperuiſſe. copis, copia.

Cum odore *Lucret.* 2 679.

Reddita ſunt cum odore imprimis pleraque dona.

Cum onere *Plaut. Pœnul.* 4 2 30, 31.

Tuus amicus. haud amice facis, qui cum onere offeras moram.

At ob hanc rem tibi reddam operam; ubi voles, ubi jusſeris.

Librarii in verſum ſecundum incurrerunt dum præpoſitioni locum juſto contractiorem attribuunt. *Moram* crediderim in verſus ſecundi caput retrahi oportere.

Cum ibi *Plaut. Pœn.* 1 2 143.

Quam mare eſt olim; cum ibi alcedo pullos educit ſuos.

Quom amet *Terent. Adelph.* 3 2 4.

Fateatur, quom amet aliam, non eſt utile hanc illi dari.

Sic Quom ego. *Plaut. Merc. 5 8 5.*

Quom ego accurro, teque eripio, vi, pugnando, ingratiis.

Quom hero *Id. Pœn. 3 2 12.*

Et bene, & benigne facitis, quom hero amanti operam datis.

Coite, coinquinari. proin; ut Græci νῶιν σφῶιν. sic

Quom in *Plaut. Amphitr. 5 2 7.*

Tu gravidam item feciſti quom in exercitum.

Dum abeſt *Lucret. 3 1096.*

Sed dum abeſt, quod avemus, id exſuperare videtur.

Dum ego *Terent. Phorm. 5 7 89.*

Aſſequere ac retine dum ego hinc ſervos evoco.

Id. Eunuch. 4 6 25.

Tu abi atque obſera oſtium intus; dum ego hinc tranſcurro ad (forum

Idem Cenſor Leydenſis qui Abi tu ſuppoſuerat, mox ſubdit ego dum. ſcilicet ut vulgatæ in Proſodia hypotheſi inſerviat, bis eundem verſum corrumpit.

Plaut. Curcul. 2 3 1.

Date viam mihi noti atque ignoti dum ego hic officium meum.

Id. Rud. 3 4 69.

Ut illas ſerves, vim defendas, dum ego herum adduco meum.

Id. Mil. Glor. 2 3 37.

Dum ego in tegulis ſum, illac hæc ſe hoſpitio edit foras.

Dum eo *Id. Menæch. 1 1 17.*

Facile aſſervabis dum eo vinclo vincies.

Dum id *Terent. Andr. 5 1 6.*

Vide quam iniquus ſis præ ſtudio, dum id efficias quod cupis.

Ariſtarchus Batavus. dum efficias id, hominem ſane non indiligentem toties tranſverſum egit, quod plus Arti modernæ tribuit, quam autoritati veterum.

Dum

Dum erit *Terent. Adelph.* 1 2 38.

Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum.

Dum habet, tum amet *Plaut. Trucul.* 2 1 23.

Dum habet, tum amet. ubi nihil habeat, alium quæſtum cœpiat.

Tum ibi *Terent. Eunuch.* 1 2 28.

Poteſt taceri hoc. Tum ibi matri parvolam. ex Mſſ.

Impreſſi, ibi tum;

Tum igitur *Plaut. Aſinar.* 2 2 6.

Tum igitur tu dives es factus: mitte ridicularia.

Num adeſt *Horat. Sat.* 2 2 28.

Quam laudas pluma? cocto num adeſt honor idem?

Crediderim Hemiſtichium ex Lucilio deſumptum.

Num ego *Terent. phorm.* 3 2 49.

Quoad dares huic præſtituta. Factum. num ego iſtud nego?

Sum hominis *Plaut. Bacchidib.* 4 1 1.

Paraſitus ego ſum hominis nequam atque improbi.

Sum ego *Id. Amph.* 1 1 47.

Quid (malum!) non ſum ego ſervos Amphitruonis Soſia?

Sum idem *Id. Curcul.* 4 3 9.

Nec daturus ſum. idem ego iſtuc, quom credebam, credidi.

Quem amo *Id. Aſinar.* 3 1 12.

Verum ego meas queror fortunas, quom illo, quem amo, prohibeor

Quem ames *Id. Ciſtellar.* 1 1 99.

Melius illi multo, quem ames, conſulas, quam rei tuæ.

Quem ad *Id. Bacchidib.* 2 1 7.

Mneſilochi Piſtoclerum, quem ad epiſtolam.

Quem

Quem adeat *Id. Asinar.* 1 2 24.

Quem adeat, quem colloquatur, quoique irato supplicet.

Quem ego *Terent. Andr.* 4 7 10.

Satis sanun' qui me id rogites? Quem ego igitur rogem?

Id. Eun. 5 8 30.

Semper. Do fidem futurum. Accingar. Quem ego hic audio?

Plaut. Rud. 5 2 52.

Si vidulum illum quem ego in navi perdidi.

Id. Pœnul. 5 3 3.

Nam quem ego aspicio? proh supreme Jupiter!

Id. Asinar. 2 2 88.

Quem ego novi, adduce: argentum, non morabor, quin feras

Id. Cistellar. 1 1 87.

Ut me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo vivere.

Quam ego *Id. Achariſtione.*

Quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia.

Id. Bacchidib. 3 6 35.

Quibuscum haberes rem nisi cum illa, quam ego mandavi tibi?

Quam habes *Terent. Eunuch.* 4 4 28.

Primum istam, quam habes, unde habes vestem? taces?

Guietus. Primum, quam habes, istam unde habes veſtem? Versus nexu plane omni dissoluto. malum hoc incurrit, dum tuta timet. Verum fuisset Terentium modulo suo metiri.

Quam habuit. *Plaut. Menæchm.* 4 1 7.

Sed eccam coronam quam habuit. num mentior?

Quam herus *Id. Pœn.* 4 2 72. (*modo?*

Quia Adelphasium, quam herus deamat tuus, ingenua est. Quo-

Quam

Plaut. Rud. 4 4 4.

Vos confugite in aram potius, quam ego. Miseræ periimus.

Quam herus *Id. pœn.* 4 2 4.

Quam herus meus est, neque tam luteus, neque tam cæno collitus

Quam homo *Lucil.* 1.

Irritata canes, quam homo, quod planius dicat.

Nam ego *Plaut. Bacchidib.* 3 4 81.

Nam ego illum periisse duco, cui quidem periit pudor.

Nam ut *Ibid.* 1 2 73.

Nam ut in navi vecta es, credo, timida es. aliquantum soror.

Jam edes *Id. Curc.* 2 3 41. (*mavolo.*

Jam edes aliquid. Nolo, hercle aliquid. certum, quam aliquid,

Jam erant *Id. Asinar.* 2 2 73.

Vetulos, claudos, quibus subtrita ad femina jam erant ungulæ.

Jam ego *Id. Men.* 5 2 57.

Jam ego ex hoc, ut factum est scibo. ibo ad hominem atq; alloquar.

Id. Rud. 2 5 14.

Apponam hercle urnam jam ego hanc in mediam viam.

Novius. Decuma Fullonis.

Jam ego illi subiens sublabrabo esui illud finciput.

Quam amicos *Id. Pseud.* 3 2 90. numeris suffragante sententia

Quin tu illo inimicos potius, quam amicos, voces.

Quam amico *Id. Asinar.* 3 2 27.

Ubi amicæ, quam amico tuo, fueris magis fidelis.

Quam ego *Terent. Eun.* 3 3 21.

Non major. Thais, quam ego sum, majuscula est.

Id. Adelph. 4 5 71.

Quo vir melior multo es, quam ego, obtemperaturos magis.

Jam habeo *Plaut. Pſeudol.* 1 3 91.

Quid jam? quia enim non venalem jam habeo Phœnicium.

Jam oportebat *Id. Menæchm.* 1 3 12.

Nam, ſi amabas, jam oportebat naſum abreptum mordicus.

Rem age *Plaut. Mil. Glor.* 2 2 70.

Tuto poſſit pervenire. hanc rem age. res ſubitaria eſt.

Rem agas *Id. Mercat.* 3 4 23.

Odioſa eſt oratio, cum rem agas, longinquum loqui.

Rem agi *Ibid.* 5 4 50.

Eutyche, hanc volo prius rem agi, quam meum intro refero pedem.

Rem ego *Ibid.* 2 3 111.

Quieſce inquam; iſthanc rem ego recte videro. Quid agis? quid eſt?

Notandum, Quamobrem & Tametſi diſſyllabice, ut plurimum efferri; propter Ecthlipſin. ut Voſſio non ſatis cauſæ fuerit cur ſuſpectam haberet Luciliani verſus apud Gellium lectionem. *Quo me habeam pacto, tametſi non quæris, docebo.* adeo ut autore Douſa reſcriberet, tamen etſi haud quæris. Poſitionis inuſitatæ fuga.

Facile crediderim in ſermone familiari Latino multas incidiſſe Euphonicas mutationes, multas vocum coalitiones, literarum aut ſyllabarum interverſiones, quas omnes tamen varietates Orthographia ſui ſimilis & prope invariabilis repræſentare nil penſi habuit. Cum; com, con, co'. cum illo, cum illa; co'llo, co'lla. cum tempore. co' tiempo. con todo eſto. quaſi cum toto iſto; quod valet, nihilominus. Sum ego? So 'ego? ſuis je? Jamdius; jadis. nuncdius; nudius. *Ne me oblæſis. Plaut. Ne me bleſſes pas.* Sed campus hic patet immenſus: quamobrem me reprimo. Hæc enim ex idiotiſmis Linguarum Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, una cum originibus probe perſpectis citius retrolegas; quam ex Gramaticorum commentariis hauſeris. præterea, partes operis ad ea, quæ ſatis multa adhuc reſtant, me non invitum alio revocant.

CAP.

CAP. IX.

D'orvil. ad catul. p. 150.
ad Terent. 1634 p. 164.

Synæresis.

VOCALIUM in eadem dictione concurrentium mixtura EPISYNALOEPHA dicitur. Crasis hæc multis nominibus venit. Synæresin enim, Synizesin & Synecphonesin appellant. Longe maximum discrimen inter veterem & novam Poesin hinc oritur. Si recte teneamus, quam late per utramque linguam pateat contractionis vis, quæstionem reliquam facile profligabimus. Apud Græcos diphthongi quot propriæ, totidem numerantur impropriæ. Contractio, Nominum Declinationes & Verborum Conjugationes sibi peculiares, vendicat. insuper in diversis idiomatis quæ per Europam Asiamque minorem & insulas interjectas Græcanica audiuntur, diphthongorum, præsertim surdarum, censum etiam auget. præter Heteroclita, quæ dicuntnr, Contractione. Latinos videamus: an & ipsorum sermo tale quid passus sit. Consulemus priscos, Poetas præsertim, Comicos quoniam ibi in diverbiis sermo vere familiaris ex rebus, ipsis quæ variæ incidunt, nascitur. deinde justa versuum spatia, quantum quæque vox loci occupet, præmonstrant atque definiunt. adeo ut qui sonus dictionibus quibusque vulgo fuerit attributus, & à quibus usque temporibus obtinuerit, non aliunde melius æstimare liceat.

Contrahuntur quasi per omnes casus. ὁλοπαθῆ. Nomina Materialia. Aureus, æreus, ferreus; alia. plane ut χρύσεος· χάλκεος· σιδήρεος. in ῦς.

Virgil. Æn. 7.

Aurea percussum virga, versumque venenis.

6. *Ferreique Eumenidum thalami, & Discordia demens.*

7. Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri. v. 609.

§ 88. *Unguibus aureis.*

Ad hanc classem retuleris Aheneus, ligneus, eburneus, cereus.

Nomina Propria; ut Nereus, Menestheus. Cenchreæ. Lynceis Communia Alveus alveare. Area. Ostrea. sic ὀστέα ὀστᾶ.

Cenchreis *Ovid. Trist.* 1 9 9.

Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis

Lynceis *Horat. Sat.* 1 2 86.

Hoc illi recte, ne corporis optima Lynceis

Baltei *Virg. Æn.* 10.

Exanimum, rapiens immania pondera baltei.

Cerea *Id. Sat.* 1 8 38.

Abdiderint furtim terris; & imagine cerea.

Areis *Tibull.* 2 1 21.

Tunc nitidus plenis confisus rusticus areis.

Ostrea *Horat. Sat.* 2 2 21.

Sudando, pinguem vitiis albumque, nec ostrea.

Alveos *Phædr.* 3 13.

Alveos accipite, & ceris opus infundite.

Virg. IV Georg. 94

Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

Pronomina Possessiva. Meus, tuus, suus, idem patiuntur. Diligenter hoc advertendum. Exempla non affero: quia in tertio quoque versu recurrunt. sit igitur satis monuisse.

Numeralia *Duo*, &, quod simile est, *Duellum*. *Quatuor* sonant κατὰ σύλληψιν ut suadeo.

Duo, duæ, duo, & Antique dua ut in duapondo. fiunt unius Syllabæ. ut Angl. Two; Belgic. Twee, Twey. Sax. Twa. τρα in Accus. Twam τραm Chald. תרין

Duæ

Duæ *Plaut. Pœn. Prol.* 84.

Carthaginenſes duæ fuere filiæ.

Id. Ciſtellar. 1 2 26.

Id duæ nos ſolæ ſcimus: ego, quæ illi dedi.

Id. Bacchidib. 4 9 118.

Duæ conditiones ſunt: utram tu accipias, vide.

Id. Bac. 1 1 5.

Sequere hac. quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines?

Duai. Diæreſ. cum Hiatu. *Id. Rud.* 3 2 28.

Duæ innocentes hic ſunt, tui indigentes auxili.

Duorum *Id. Pſeud.* 1 1 3.

Duorum labori ego hominum parſiſſem libens.

Duum *Id. Men.* 3 3 18.

Faciundas, pondo duum nummum ſtalagmia.

Duarum *Ter. Heautont.* 2 3 85.

Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide.

Plaut. Stich. 4 1 45.

Et, ſi duarum pœnitebit, inquit, addentur duæ.

Duobus *Id. Caſ.* 5 4 32.

Duobus nupſi: neuter fecit, quod novæ nuptæ ſolet.

Id. Stich. 4 1 34.

Duæ erant quaſi nunc meæ ſunt: eæ erant duobus nuptæ fratribus

Duos *Id. Amph.* 5 2 8.

Profectus. uno partu duos peperit ſimul.

Id. Pſeud. 1 3 9.

Quid eo? Lanios inde arceſſam duos cum tintinabulis.

Duas *Id. Merc. Prol.* 1.

Duas res ſimul nunc agere decretum eſt mihi.

Id. Rud. 1 2 41.

Duas ſecum adduxit; quique adornaret ſibi.

Ibid. 3 5 20.

Duas clavas. Clavas? ſed probas. propera cito.

Id. Truc 4 2 28.

Meus qui affinis fuit, ancillas duas conſtrictas ducere.

Id. Mil. Gl. 3 1 209.

Lepidiores duas ad hancce rem, quam ego. habe animum bonum

Id. Stich. 4 1 44.

Imo duas dabo, inquit ille adoleſcens una ſi parum eſt.

Duaſne *Ter. Ph.* 5 1 27. (*hanc ſolam.*

Quid duaſne is uxores habet? au! obſecro. unam ille quidem

Duelli *Plaut. Truc.* 2 6 2.

Manibus duelli prædicare ſoleo, haud in ſermonibus

Id. Aſinar. 3 2 13.

Sicut ego poſſum quæ domi, duellique male feciſti.

Duellatores *Id. Capt. Prol.* 68.

Domi bellique duellatores optumi.

Duellicus *Id. Epid.* 3 4 24.

Memorant apud reges armis, arte duellica

Lucret. 3 660.

Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles.

Perduelles *Id. Ciſtellar.* 1 3 54.

Perdite perduelles: parite laudem & lauream

Id. Amphitr. 1 1 94.

Perduelles penetrant ſe in fugam; ibi noſtris animus eſt additus

Id. Mil. Gl. 2 2 67.

Curre in obſidium perduelles: noſtris præſidium para.

Quatuor

Quatuor *Plaut. Mostellar.* 3 1 102 121.

Quatuor quadraginta illi debentur minæ.

Seneca Hercul. Oet. Act. 3. *Chor.* 1093, 4.

Quatuor præcipitis Deus Anni disposuit vices.

Ennius. Annal. 1. ap. Cic. de Div. (c. 48. ubi in seq. versu avium. cf. Davies.

Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta.

Puer, puella similiter contrahuntur.

Puer *Ter. Adelph.* 4 7 10.

Puer natu'st. DI bene vortant! Virgo nihil habet.

Id. Phorm. 1 1 16.

Puer causa erit mittundi. sed videon' Getam?

Attius Diomede. Si unquam perpediar gnato, puer, ne attenderis.

Plaut. Pœnul. Prol. 66. & *argum.* 1. (*Pris. ut creditur*)

Puer septuennis surpitur Carthagine.

Id. Most. 3 2 157.

Eho istum, puer, circumduce hasce ædis & conclavia.

Id. Bacchidib. 3 3 37.

Extemplo puer pædagogo tabula dirumpit caput.

Id. Mercat. 2 2 22.

Puer sum Lysimache septuennis. sanun' es?

Id. Truc. 4 3 34.

Puer quidem beatus matres duas habet & avias duas.

Puella *Plaut. Cistellar.* 1 2 5

Puellam projectam ex angiportu sustali.

Id. Pœn. 5 5 22.

Non pudet puellam amplexari baliolum in media via?

Pronomina in Genitivo Hujus, cujus, ejus, syllabam unam constituunt. similiter cum adjectione. Hujusce, hujusmodi. Cujus vel Quoius. Cujusquam, cujusque, Quoiusmodi. Ejus, ejusmodi

ejuſmodi, ejuſdem. ſupra in articulo de Ectaſi obſervavimus ex Terentio.

Propter hujuſce hoſpitai conſuetudinem.

Quicquid hujus factum eſt, culpa non factum eſt mea.

Siquid hujus ſimile forte aliquando evenerit.

Nuper. ejus frater aliquanto ad rem eſt avidior.

Id. Hec 3 5 64.

Uxorem; cujus hæc fiunt conſilio omnia

Laber. in Prol. Mimi.

Neceſſitas, cujus curſus tranſverſi impetum.

Ne Gifanium hac in parte audias, antiquarium alias felicem: is ſubſtituit averſi; & elidit ultimam in curſus. utrumque non ſatis conſulto.

Cujuſquam *Terent. Hec. 1 1 7.*

Et moneo & hortor ne cujuſquam te miſereat.

Ex fide Mſſ. 12. Cenſor Leydenſis *te* omittit. cur id fecerit, in promptu cauſa eſt. parum perſpectum habuit vocem hanc arctari vocalibus in ſe conſidentibus.

Cujuſque *Id. Heautont. 2 3 43.*

Quæ, cujuſque ingenium ut ſit, declarat maxume.

Quojuſmodi *Plaut. Rud. 1 1 1.*

Pro dii immortales, Tempeſtatem quojuſmodi!

Id. Moſt. 3 2 132, 133.

Viden veſtibulum antæ ædis hoc? & ambulacrum quojuſmodi!

Luculeutum edepol profecto. age ſpecta poſtes quojuſmodi!

Huc facit quod cuimodi & cuicuimodi ſint priſci moris genitivi.

Hujus *Terent. Andr. 3 5 16, 17.*

Cur meam ſenectutem hujus ſollicito amentia? an

Ut pro hujus peccatis ego ſupplicium ſufferam?

Ibid.

Ibid. 1 3 5.

Si illum relinqua ejus vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas.

Hujusmodi *Plaut. Amph.* 3 2 57.

Nam in hominum ætate multa eveniunt hujusmodi

60. *Veram iræ siquæ forte eveniunt hujusmodi.*

Turpilius Thrasyleone.

Coronas, mensam, talos, vinum, hæc hujusmodi.

Ejus *Ibid.* 1 5 39.

Bene & pudice ejus doctum atque eductum finam.

Ibid. 4 5 4.

Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.

Gifanius absorbet *ea.* minus recte. non enim satis attenderat ad morem Genitivi contrahendi plane familiarem.

Ejusmodi *Ibid.* 1 1 66.

Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi.

Plaut. Rud. 1 2 39.

Nam ego propter ejusmodi viros vivo miser.

Notandum. Is in obliquis quando flectitur in plures syllabas, & Idem similiter contractionem pati. Ejusdem; & ejusdemmodi sunt in pari ratione. ei contrahitur ut cui, sin resolvitur, Spondeum constituit, ut inferius ostendemus. eidem similiter Crasim recipere videtur.

Plaut. Men. 5 2 121.

Ei derepente tantus morbus incidit. *Catullus.*

Eripere ei noli, multo quod carius ipsi.

Eum, eam. eundem, eandem. eo, ea. eodem, eadem. eapse. eorum, earum. eorundem, earundem. eos, eas. eosdem, easdem. duas primas vocales in unum coguut.

Plaut. Bacchid. 2 2 32.

Unquam intermittit tempus, quin eum nominet

Id. Ciſtellar. 2 3 74.

Eam poſtquam peperit, juſſit parvam projici.

Ter. Eun. 2 1 20.

Ex amore. ut non cognoſcas eundem eſſe. hoc nemo fuit.

Id. Ad. 5 3 26.

Ductarum. eandem illam rationem antiquam obtine.

Id. And. 1 1 22.

Eo pacto & Gnati vitam, & conſilium meum.

Plaut. Pœn. 2 1 11.

Eo pacto avaræ Veneri polchre adii manum.

Id. Men. 5 5 4.

Quin ea te cauſſa duco, ut id dicas mihi.

Ter. And. 2 3 11.

Suadere noli. ex ea re quid fiat, vide.

Plaut. Men. 2 1 39.

Homines ſed eodem pacto ut inſani ſolent.

Lucil. 28.

Adde eodem triſtis ac ſeverus philoſophus.

Virg. Eclog. 8 81.

Uno eodemque igni: ſic noſtro Daphnis amore.

Id. Æn. 12.

Uno eodemque tulit partu, paribuſque revinxit.

P. Syrus. Eodem animo beneficium debetur, quo datur.

Plaut. Men. 4 4 62.

Eadem licebit mox cœnare rectius.

Id. Bacchid. 3 4 26.

Eadem exorabo Chryſalo cauſa mea.

Id. Curcul. 1 3 4.

Eapſe merum condidicit bibere, foribus dat aquam, quam bibant

Id.

Id. Men. 1 1 76.

Paraſſe, atque eapſe merces vectatum undique

Id. Pœn. Prol. 61.

Eorum alter vivit, alter eſt emortuus.

96. *Earum hic adoleſcens alteram efflictim perit.*

Ennius. Eorundem me libertati parcere certum eſt.

Plaut. Epid. 2 2 29.

Eos captabant: id adeo ego qui maxume animum adverterem.

Plaut. Pœn. Prol. 87.

Eos qui ſurripuit in Anactorium devehit

Id. Pſeud. 3 2 24.

Eas herbas herbis aliis porro condiunt.

Nomina Deum Deorum & Deos pariter affici reperias, ut apud Græcos θεοὶ, θεῶν, θεοῖς, θεύς.

Homer. Il. 1.

Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ολυμπια δώματ' ἔχοντες.

Id. Pœn. 2 1 10.

Aruſpex dixit. deam eſſe indignum credidi.

Id. Capt. 3 5 69.

Per Deos atque homines ego te obteſtor Hegio.

Id. Curc. 1 1 70.

Si Deos ſalutas, dextrovorſum cenſeo.

Ter. And. 5 5 3.

Ego Deorum vitam propterea ſempiternam eſſe arbitror

In verbo eamus. eas. eat. eunt. Contractio reperitur.

Plaut. Curc. 5 2 70.

Nunc adeamus ad Lenonem, laudo: hoc prius volo.

Id. Men. 2 3 36.

Eamus intro, ut prandeamus. bene vocas: tam gratia est.

Id. Amph. 1 3 45.

Eamus, Amphitruo, luciscit hoc jam: abi præ Sosia.

Id. Trin. 3 1 23.

Eunt uterque. ille reprehendit hunc priorem pallio.

Id. Pœn. 1 2 117.

Eunt hæ. quidsi adeamus? adeas. primum, prima salva sis.

Versus enim sunt Trochaici.

Id. Merc. 2 3 39.

Ergo, edepol, palles, si sapias, eas ac decumbas domi.

Id. Mil. Glor. 4 4 49.

Ut, si itura jam est Athenas, eat tecum ad portum simul.

Transeuntem *Ibid.* 3 1 82. (*comitas.*

Deum virtute ut transeuntem hospitio accipiam apud me est

Commeatum *Ibid.* 1 2 68.

Intercludito inimicis commeatum: tibi muni viam.

Unde Menagio conge ducit originem Gall.

Hæreat. *Lucr.* 1 77.

Quanam sit ratione, atque alte terminus hæreat.

In adverbiis deorsum & seorsum.

Terent. Eun. 2 2 47.

Ne sursum deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles

Lucret. 2 190.

Pondera, quantum in se est, cum deorsum cuncta ferantur.

Id. 6 334.

Deinde quod omnino natura pondera deorsum.

Id. 3 1030. *De saxo jactus deorsum.*

Quæ

Quæ lectio firma. cum reperiantur, rusum, susum, prosus, sa, sum. unde Menagius, opinor, nec enim ad manum liber est, *giu* Gallicum originem trahere nos docuit. Macrob. in Somn. Scip. 2 5. jusum habetur, ubi est terra. ut ex Mss. vestigiis callide conjicit Gronovius. in impressis visum legitur, nullo trium lineolarum discrimine, cum punctum nusquam syllabam superne distingueret. inde certe colligas in quem sonum coaluerint olim in Provinciis hæ vocales.

Plaut. Epid. 3 3 21.

In ædiculam isthanc, seorsum concludi volo.

Id. Capt. 3 5 52.

At ego aio recte, qui abs te seorsum sentio.

Ter. Adel. 5 9 14.

Omnibus gratiam habeo; & seorsum tibi præterea, Demea.

Lucret. 2 473.

Est ratio secernendi, seorsumque videndi.

Id. 4 497.

Seorsus item sapor oris habet vim, seorsus odores.

Contractio fit in Nominibus item Propriis, ut Cleostrata. sic Eotas, Theodosius, Theodericus

Plaut. Casina. 2 6 41.

Periisti. animum advorte, amabo. taceo: nunc tu, Cleostrata.

Illud minime prætereundum ei, qui causas L. L. diligenter investigare cupit, quartam quintamque inflexionem Nominum esse, quæ in plerisque casibus contrahuntur. cum enim in Nominandi & Vocandi casibus singularis numeri us finale corripitur, cur producatur in Genitivo singularis, & in tribus similibus pluralis numeri casibus, ad Crasin referendum. Manus, manuis, manus. Pluraliter Manues manus. quomodo anus, anuis, anus. item apud Græcos in tribus similibus plurativi numeri casib. μύες· μῦς. ἐριννύες· ἐριννῦς. μύας· μῦς. ἐριννύας· νῦς. item in Dativo Anui anu, quomodo apud Plautum Aulular.

3 4 7. adscribitur i sed in mensuratione versus absorbetur. apud Virgilium ne scribitur quidem in pluribus, idque ex Cæsaris analogia. quidni & manue, manu in Abl. Sing? imo in Gen. Plur. Manum:

Virgil. enim Æn. 6 653.

--- quæ gratia currum Armorumque fuit ---

Addunt *Nurum*, & *Passum*. nec quicquam refert an ascribatur altera, necne: potestatem enim reliquæ vocalis afficit sonorum mixtura. Latius hæc observatio manare poterit: Eruditus Vossius de Analogia l. 2. c. 19. Genitivum quintæ Declinationis quadrigeminum nobis ostendit; in *ei* vulgatum: in *ii* ut *pernicii*, *Luxurii*, ex Cicerone, *dii* ex Plauto, Virgilio; item ex aliis priscis autoribus *fami*, *progenii*, *acii*, *specii*. in *es* ut *rabies*, ex Lucretio; *dies*, ex Cicerone (veteris autoris clausulam laudante) & *Ex Virgilio.*

Libra dies somnique pares ubi fecerat horas.

Denique in *e* ut *acie*, *requie*, *die* ex Sallustio. item *die* ex Plauto & Ausonio; *facie* ex Lucilio. Omnia hæc non adeo longe inter se dissident. posito enim quod terminata in es augeantur in syllabam puram, gignetur dieis vel contracte dies: sin liquescat vel per Apocopen edidatur sibillus; fiet nullo negotio diei, dii vel die; sono quodam intermedio; qualis in ei, ii; eidem iidem; eis, iis; eisdem, iisdem, auditur. similiter se habet Dativus.

Plaut. Aulul. 4 6 1.

Fide censebam maxumam multo fidem.

Non. cap. 1. Sublevit & Meurs.

10. *Certum est Silvano potius credam, quam Fidei.*

Id. Men. 1 1 4.

Vidi facere amatores, qui aut Nocti aut Die.

Nihil attinet monere similem contractionem fieri in Ehem, eho. vehemens, prehendo. dehortatus, deerro. notabiliora sunt, videam, luceat.

Plaut..

Plaut. Aulul. 4 9 20.

Fugin' hinc ab oculis? abin' hinc annon? abeo. caveſis te videam.

Ait *Plaut. Men.* 5 3 9.

Ait ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio.

Aiebat *Id. Pſeud.* 4 6 21.

Malum & ſceleſtum & perjurum acebat eſſe me.

Aiebas *Terent. Adelph.* 4 2 22.

Produxe aiebas? factum. verum venit poſt inſaniens.

Similiter ſubſidunt vocales præcedente i.

Verbis, in eveniat, perveniat, adveniat.

Plaut. Pſ. 4 3 13.

Cum hæc metuo, metuo ne ille huc Harpax adveniat.

Plaut. Curcul. 1 1 39.

Lenonis hæ ſunt ædes. male iſtis eveniat!

Id. Epid. 2 2 105.

Nequa ob eam ſuſpicionem difficultas eveniat.

Id. Trin. 1 2 3.

Bona, fauſta, felix, fortunataque eveniat.

Ibid. 56. *Ad amici partem an ad inimici perveniant.*

Id. Rud. 3 2 12.

Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos perveniat.

Scio Nonium ad mutatam conjugationem, referre evenat. cap. 10. 20. *Ennius, Hecuba.* laudatur item cap. 8. 86.

Senex ſum, utinam mortem oppetam, prius quam evenat
Quod in pauperie mea ſenex graviter gemam!

Ruſtici enim, præſertim priſci, conjugationes longas cum brevi confundere ſoliti. quid ad hæc dicemus?

Accipias *Plaut. Epid.* 3 4 27.

Mihi illam ut tramittas: argentum accipias.

Falciat

Farciat, Condiat. *Id. Mil. Glor.* 3 1 98.

Da qui farciat; da qui condiat. da quod dem Quinquatribus.

Sarriunt *Id. Captiv.* 3 5 5.

Nam semper occant prius, quam sarriunt rustici.

Fodentes *Ennius* (apud Festum)

Illyrici restant sicis, sibinisque fodentes.

Nisi tertiæ conjugationis in o impurum desinat:

Plaut. Capt. 3 5 66.

Ibi, quom alii octonos lapides effodint.

Subjunctivo fortassis antiquo ut Edim.

Sortiendo *Plaut. Cas.* 2 6 47.

Quondam prognatis ista in sortiendo sors delicuerit.

Scio *Id. Captiv.* 1 1 3.

Scio absurde dictum hoc derisores dicere.

Id. Mil. Gl. 4 8 55.

Scio, & perspexi sæpe. verum, cum antehac, tum hodie maxume.

Hæc contractio cum minus animadverteretur, limitibus versuum inter se confundendis occasionem præbuit.

Id. Trin. 1 2 59, 60.

Si id me non accusas tute ipse objurgandus es. Scio.

Et, si alia huc causa ad te adveni, æquom postulas.

Prior Senarius ad septimum usque pedem exsultat. Scio, transferendum ad posterioris versus initium. Scio, etsi alia huc causa ad te adveni, æquom postulas. in priori, non accusas, sonat n accusas cum particula privativa. Veteres cum Verba & nomina in o finita tum Adverbia & Conjunctiones productas extulerunt. de Verbis credo quod apud Græcos sive Barytona seu Circumflexa sint in ω semper desinant. Hinc est quod Charisius in Virgilio quod invenitur *Nunc scio, quid sit amor,* & *Scio me Danaïs è classibus unum* dicit, quia in uno verbo

bo videtur, in Synalœpham contrahunt, qui ſervandam vetuſtatis conſuetudinem putant. Contra Marius Victorinus. cauſam repertam exiſtimat, cur corripi debeat ad diſcrimen obliquorum Adjectivi *ſcius.* cui hac in parte minus aſſentior.

Sciunt *Plaut. Trin.* 1 2 170.

Sciunt, id quod in aurem Rex Reginæ dixerit

Ter. Hec. 5 4 28. (*ſcient.*

Sciunt: quos non autem æquom eſt ſcire neque reſciſcent, neque

Sciebam *Ter Heaut.* 2 3 68.

Ita timui: at ego nihil eſſe ſciebam, Clinia.

Plaut. Pœn. 3 1 6.

Sciebam ætate tardiores: metui amori meo moram.

Id. Amph. 1 1 229.

Sciebam equidem nullum eſſe nobis, niſi me, ſervom Soſiam.

Scies *Id. Bacchid.* 4 8 12.

Scies haud multo poſt. oppido interii miſer.

Id. Moſt. 2 2 4.

Scies impoſiſſe in undam; haud cauſa eſt illico

Id. Mil. Gl. 4 8 56.

Scies: imo hercle verum factum, faxo, poſt dices magis.

Sciam *Pomponius. Præcone poſteriore.*

Si ſciam quid velis quaſi ſervi Comici commictilis

Scias *Andr.* 1 1 68.

Scias poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum.

Plaut. Curcul. 5 2 22.

Qui ſcias mercari fartivas, atque ingenuas virgines

Id. Pſeud. 4 7 80.

Ubi ſuram aſpicias, ſcias poſſe hunc gerere craſſas compedes.

Id. Rud. 3 4 23.

Do tibi argentum. nunc adeo ut ſcias meam ſententiam,

Neſcius *Id. Moſt.* 1 3 121.

Quid oleant neſcias, niſi id unum, ut male olere intellegas.

Sciens *Ter. Hec.* 4 2 4.

Vt nunquam ſciens commerui, merito ut caperet illam odium (mei

Fiant *Id. Andr.* 1 1 76.

Quid igitur obſtat cur non veræ fiant? audies.

Quieſce *Plaut. Mercat.* 2 3 111.

Quieſce inquam: iſtanc rem ego recte videro. quid agis? quid eſt?

Quievi. *Ibid.* 36.

Poſtea hac nocte non quievi ſatis mea ex ſententia.

Quieſcam *Id. Mercat.* 5 2 21.

Non concedam, neque quieſcam uſquam, noctu neque interdius.

Piari *Plaut. Men.* 3 2 50.

Aut te piari jubes, homo inſaniſſume.

Ambiunt *Id. Mil. Gl.* 1 1 69.

Moleſtæ ſunt mihi: orant, ambiunt, obſecrant.

Nunciabo *Id. Mil. Glor.* 2 2 40.

Ego iſthæc, ſi erit hic, nunciabo. ſed quid eſt Palæſtrio.

Reddier *Lucr.* 1 209.

Culta loca, & manibus meliores reddier fetus.

Siem plene ſcribitur nonnunquam, ubi contracte legitur.

Impertior *Plaut. Sticho.* 2 2 15.

Nimio impertior multo tanta plus, quam ſperas. ſalva ſum.

Cuipiam *Plaut. Curc.* 1 1 58.

Credam. pudor ſi cuipiam lenoni ſiet.

Id.

Dies *Id. Perſ.* 3 2 3.

Quod ſi non dederit, atque hic dies præterierit.

Id. Caſ. 2 3 1.

Dies atque noctes cum cane ætatem exigis.

Id. Amph. 1 3 51.

Tanto brevior dies ut fiat faciam, ut æque diſparet.

Id. Men. 1 2 45.

Dies quidem jam ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus.

Id. Trin. 2 4 180.

Dies conſtituatur. eadem hæc confirmabimus.

Diem *Id. Men.* 4 2 33.

Diem corrupi; optumum juſſi apparari prandium.

Die *Aulul.* 2 8 10.

Occæpi, Feſto die ſiquid prodegeris.

Plaut. Pœn. 3 5 13.

Die feſto celebri, nobilique Aphrodiſiis.

Dieſeptimi *Id. Men.* 5 9 94.

Vis conclamari auctionem fore? quo die? die ſeptimi.

Pomponius. Mævio.

Dies hic ſextus cum nihil egi: die quarte moriar fame.

Diu *Id. Caſin.* 3 4 16.

Quin etiam diu morabor, quin cupio tibi.

P. Syrus. Deliberandum eſt diu quod ſtatuendum eſt ſemel.

Plaut. Trin. 1 2 27.

Edepol proinde ut bene vivitur, diu vivitur.

Id. Aul. Nec noctu, nec diu quietus unquam eam. nunc dormiam.

Diutius *Phædrus* 1 2.

Hoc merſum limo cum jaceret diutius

Afranius Divortio. Honeſte ut latites, & nos ludas diutius.

Plaut. Trin. 3 2 59.

Sicut dixi faciam: nolo te jactari diutius.

Lucil. Sat. 29.

Si longius te productarum & diutius.

Pacuvius. Hermiona.

Paucis abſolvit, ne moraret diutius.

Diutinus *Turpil. Demiurgo.*

Sibi ſuum amicum eſſe indulgentem & diutinum

Siet *Plaut. Amph. 3 3 6.*

Triſtis ſit, heriſi triſtes; hilarus ſit, ſi gaudeant.

Dieſpiter *Id. Pœn. 4 2 47.*

Dieſpiter me ſic amabit! ut equidem, edepol, dignus es.

Lien *Id. Merc. 1 2 14.*

Perii! ſeditionem facit lien: occupat præcordia.

Liene *Id. Curc. 2 1 5.*

Nam jam, quaſi Zona, liene cinctus ambulo.

Lienes *Ibid. 21.*

Sed quid tibi eſt? lienes necant, renes dolent.

Ut Varro de L. L. 6. in vulgatis legitur lien necat.

Lienoſum *Id. Caſ. 2 6 62.*

Perii! cor lienoſum opinor, habeo: jamdudum ſalit.

Promontorium *Ovid. Met. 15.*

Inde legit Capreas, Promontoriumque Minervæ.

Proletario *Plaut. Mil. Glor. 3 1 157.*

Nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes utere.

Arenarius *Lucil. 6.*

Concurſans veluti arenarius, clareque quiritans.

Volturie

Volturie *Plaut. Capt.* 4 2 64.

Ignem ingentem. ita dico magnus ut ſit. quid me volturie.

Impendioſum *Id. Bacchidib.* 3 2 12.

Nimio præſtat impendioſum, te quam ingratum, dicier.

Compendium *Id. Capt.* 5 2 22.

Satis facundu's. ſed jam fieri dictis compendium volo.

Gloriam *Id. Trinum.* 3 2 30.

Ut rem patriam, & majorum gloriam fœdarim meum.

Glorioſus *Id. Curc.* 5 2 34.

Ut faſtidit glorioſus! mitte iſthunc; ego dicam omnia.

Injuriam *Id. Aulular.* 4 4 16.

Facin' injuriam mihi annon? Fateor, quia non pendes, maxumam

Injuria *Ter. Andr.* 1 3 9.

Quo jure, quaque injuria præcipitem me in piſtrinum dabit.

Injurie *Plaut. Perſ.* 3 3 4.

Impure, inhoneſte, injurie, illex, labes popli.

Quomodo Nonius recte: nam injure prout in editis habetur, eſt vox nihili.

Fallaciæ *Id. Pſeud.* 2 3 6.

Hic doli, hic fallaciæ omnes ſunt, hic ſunt ſycophantiæ.

Tertio *Id. Ciſtellar.* 2 1 49.

Et equidem hercle niſi pedatu tertio omnis efflixero.

Collaria *Id. Captiv.* 2 2 107.

Hoc quidem haud moleſtum eſt, quod jam collus collaria caret.

Præmium *Id. Pſeud.* 4 7 126.

Auferetur id præmium à me quod promiſi per jocum.

Præmiatores *Nævius. Agrypnuntib.*

Nam in ſcena cœpit vos nocturnos præmiatores tollere.

Vindemiator *Hor. Sat.* 1 7 29.

Vindemiator & invictus. cui sæpe viator.

Elogiorum *Plaut. Merc.* 2 3 74.

Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.

Præstigiator *Plaut. Aulular.* 4 4 3.

Ego Edepol te, præstigiator, miseris jam accipiam modis

Præstigiatrix *Id. Amphitr.* 2 2 50.

Aut, pol, hæcce præstigiatrix mulier multo maxima est.

Vietus *Hor. Epod.* 12 7.

Quis sudor vietis, & quam malus undique membris.

Vietor *Plaut. Rud.* 4 3 51.

Et vietorem & piscatorem te esse, impure, postulas.

Fastidio *Lucil.* 26

Quam fastidiosum & vescum cum fastidio vivere.

Suavium *Id. Trucul.* 2 6 44. (*put.*

Habe bonum animum: Suavium, sis, pete hinc à me. nequeo ca-

Ibid. 47.

Suavium petere tuum jubeas. petere haud pigeat me, mel meum.

Prandium *Id. Capt.* 3 1 19. *tacent*

Salvete, inquam. Quo imus una, inquam, ad prandium? atque illi

Lolligiunculas *Id. Cas.* 2 8 57.

Emito sepiolas, lepadas, lolligiunculus.

Pecunia *Id. Aulular.* 2 2 9.

Ain' tu te valere? pol ego haud à pecunia perbene.

Laberius. Restione. Sic ego fulgentis splendore pecuniæ volo.

Præconium *Id. Men.* 5 9 93.

Quid? mihi ut præconium detis. dabitur. ergo nunc jam.

Viam

Viam *Id. Capt.* 2 3 1.

Dute viam mihi, noti atque ignoti, dum ego hic officium meum.

Qua via *Ter. Hec.* 1 1 16.

Aut qua via te captent illi, eadem ipsos capi. Censor Leidensis omittit *illi* *Virg. Æn.* 9 67.

Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos.

Pacuv. Paulo.

Qua via caprigeno generi gradibilis gressio est.

Ita constituetur Senarius integer potius quam Octonar. truncus.

Ter. Heaut. 1 1 49.

Tractare: sed vi, & via pervolgata Patrum.

Viatico *Plaut. Trinum.* 4 2 45.

Opus face est & viatico ad tuum nomen, ut tu prædicas.

Fiet *Pl. Trin.* 4 3 61.

Si eris meritus, fiet; sed respice ad me. egosum Charmides.

Omnia *Virg. Æn.* 3 33.

Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia.

Minacias *Plaut. Rud.* 3 5 16.

Minacias ego istas flocci non facio tuas.

Potiones *Id. Stich.* 1 3 60.

Quot potiones mulsi! quot autem prandia!

Oratione *Id. Rud.* 1 2 21.

Qui oratione hic nos occupatos occupes.

Id. Merc. 1 2 64.

Tu quidem ex ore orationem, mihi eripis. taceo. tace.

Ennius Phœnice.

Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.

Cantio

Cantio *Id. Stich.* 5 4 25.

Cantio est Græca Η πέντε· πῖν· ἢ τρὶς πῖν', ἢ μὴ τέτταρα.

Cantationem *Ibid.* 5 5 19.

Lepidam & suavem cantationem aliquam occipito cinædicam.

Mentionem *Id. Trin.* 4 2 13.

Prius tu non eras, quam auri feci mentionem. nihil agis.

Opiniones *Phædr.* 3 10.

Opiniones alterius ut quis ponderet.

Occasioni *Id. Asinar.* 2 2 12.

Nam si huic occasioni tempus sese subterduxerit.

Mansiones *Turpilius. Paraterusa.*

Ejus crebras mansiones ad amicam, sumpti largitatem.

Censionem *Id. Rud.* 4 8 9.

At sume quidem; ne censionem semper facias. Censeo.

Sapientiæ *Id. Trin.* 5 2 32.

Sapientiæ ætas condimentum est. sapiens ætati cibus est

Nequitia *Id. Most.* 2 1 66.

Quæ designata sunt & facta nequitia.

Filiam *Id. Trin.* 5 2 32.

Filiam meam tibi desponsatam esse audio. nisi tu nevis.

Id. Cistellar. 2 1 48.

Nisi ego teque, tuamque filiam, meque hodie obtruncavero.

Novius. Surdo.

Filias habeo temulentas; sed eccas video incedere.

Custodiam *Id. Rud.* 3 2 11.

More antiquo in custodiam suum commiserunt caput.

Id. Mostellar. 2 1 51.

In tuam custodiam meque, & meas spes credo, Tranio.

Quian

Quian' *Ib. 5 2 11.*

Verbero, etiam irrides? quian' me pro te ire ad cœnam autumo?

Sexcenties *Id. Men. 5 4 8.*

Quin ſuſpirabo plus ſexcenties in die

Idem obtinet etiam in Propriis Nominibus.

Illurios *Plaut. Menach. 2 1 10.*

Hiſtros, Hiſpanos, Maſſilienſis, Illurios.

Eotas, Ætolia *Plin. 35.*

Marcus ludius Eotas Ætolia orindus.

Videtur habere locum in Eotas contractio quæ in ſequenti voce etiam cum Hiatu conjungitur. inſcriptio eſt pervetus & ruſtica.

Junio *Juvenal. 15 27.*

Nos miranda quidem, ſed nuper Conſule Junio.

Aquinios. *Catullus. Curram ſcrinia. Cæſios, Aquinios.*

Ut recte Gifanius: non item in illo Virgiliano. *Vis & Tarquinios reges.* neque enim triſyllabum eſſe poterit, niſi Trochæum in Heroicum verſum recipias. Aquinia gens, Aquino urbe fortean oriunda, ſecundam natura producit. diſparem eſſe Tarquiniorum rationem probatur.

Ex Horatio Carminum. 1 12.

Superbos Tarquinj faſces, dubito, an Catonis.

Tranioni *Plaut. Moſtellar. 5 2 47.*

Tranioni remitte quæſo hanc noxiam cauſa mea.

Formianus *Catull.*

Formianus ſaltus. Calpurniano. Epitaph.

Alibi, Furium. Autor *Octaviæ 5 971. Pandatariæ littora terræ.*

Pelio *Silius It. 3.*

Oſſaque cum Pelio, cumque Hæmo ceſſerit Othrys.

Ii & iis. ut dii, diis. gratiis, gratis. denariis, denaris. tæniis, tænis. Velius Longus apud *Terent. Heautont.* 4 2 21. *miis nuptiis* in antiquiſſ. Cod. reperit. apud *Plaut. Ciſtell.* 4 2 8, 9.

-- mi homines: Mi ſpectatores facite indicium.

--Critici Enallagen numeri cauſantur: mihi Craſis in hujuſmodi conſtructione ſimpliciorem ſolutionis rationem affert. Veteres mius dixerunt quod nos meus hinc Voc. Sing. Mie, mi. Plural. Mii, mi. Petron. O mi hoſpites. *Statius Theb.* 1. *Si ſtagna petii Cirrhæa.* item *Connubii gaviſus inii. Id. Achill. Nec niſi juſſus abii. Seneca Medea. Fidemque ſupplex præſidis dextræ petii.*

Fallaciis *Plaut. Pſeudol.* 4 7 126.

Docuit ut fallaciis hinc à me mulierem abduceres.

Sed de vocalibus geminatis minus dubitatur, quin coaleſcant: præſtat igitur cœpta proſequi.

Otioſe *Plaut. Moſt.* 3 2 128.

Quid nunc? quin tu is intro atque otioſe perſpectas, ut lubet?

Otioſe: otium. *Plaut. Aulular.* 4 10 41.

Magna eſt res, quam ego tecum otioſe, ſi otium eſt, cupio loqui.

Otioſus *Plaut. Moſtell.* 4 3 11.

Quid tu ut otioſus res novas requiritas?

Otio *Id. Trin.* 3 2 32.

Ita vi Veneris vinctus, otio captus, in fraudem incidi.

Similem ad modum otioſus, otioſa contrahere amabant priſci. omitto Genitivos in ius terminatos.

Stellio *Virgilius Georgic.* 4. [illegible] ut Giſanius ex v. e.

Stellio & lucifugis congeſta cubilia blattis.

Modeſtior *Plaut. Men.* 5 5 33.

Imo modeſtior nunc quidem eſt de dictis, præut dudum fuit.

Prior

Prior *Terent. Phorm.* 2 2 28.

Prior bibas: prior decumbar. Cœna dubia adponitur.

Ibid. 3 2 27.

Miles dare se dixit, si mihi prior tu attuleris, Phædria.

Plaut. Cist. 2 3 71.

Prior posterior sit & posterior sit prior.

Firmiorem *Ter. Hec.* 5 1 20.

Quære alium tibi firmiorem dum tibi tempus consulendi est.

Certiorem *Plaut. Casin.* 2 6 1.

Face, Charine, me certiorem quid meus vir me velit.

Id. Curcul. 5 2 35.

Nihil est, quicquid ille dicit. fac me certiorem obsecro

Mensium *Id. Most.* 1 1 78.

Paucorum mensium sunt, relictæ reliquiæ.

Ovid. Fastor. 5.

Cum tua sint, cedantque tibi centinia mensium
Nec tu dux mensium Iane biformis eras.

Seneca Phæniss.

Quod pene vidi. per decem mensium graves

Trium *Plaut. Aulul.* 2 4 46.

Solet ire coctum tun' trium literarum homo.

Id. Most. 2 1 10.

Vel isti qui hastis trium nummorum causa subeunt sub falas.

Id. Trinum. 4 2 6.

Qui ego nunc subigor trium nummorum causa ut has epistolas.

Mortalium *Id. Rud.* 5 1 1.

Quis me est mortalium miserior, qui vivat alter hodie?

In Propr. Nom. Flos Veronensium. Catull. Phronesium in recto.

Plaut. Trut. 1 1 60.

Phroneſium. num Phroneſis eſt ſapientia.

Potius, Adverb. *Id. Caſin.* 2 3 38.

Veſtimentis, ubique educat pueros, quos pariat potius.

Totiuſque *Georg.* 4.

Magnanimoſque duces, totiuſque ex ordine gentis

Quoad, quod *Terent. Eun.* 2 1 8, 9.

Munus noſtrum ornato verbis, quoad poteris, &
Iſtum æmulum, Quoad poteris, ab ea pellito.

Plaut. Rud. 4 4 29.

Quoad primarius vir dicat comprime hunc ſis, ſi tui'ſt.

Id. Pſeud. 2 2 29.

Præſtituta eſt, quoad referret nobis, nec dum rettulit.

Horat. Sat. 2 3.

Hæredes voluit. quoad vixit, credidit ingens.

Coaddito *Id. Caſin.* 3 1 4.

Cano capite; ætate aliena, coaddito ad compendium.

Coaccedunt *Id. Curc.* 2 3 65.

Triginta minis, veſtem, aurum: & pro iis decem coaccedunt minæ.

Coactum *Id. Trin.* 2 4 125.

Tum vinum, priuſquam coactum eſt, pendet putidum.

Coagmenta *Id. Moſtellar.* 3 2 144.

Viden' coagmenta in foribus? video. ſpecta quam arcte dormiunt.

Coerce *Pacuvius Atalanta.*

Gradere, atque atrocem coerce confidentiam.

Id. Teucro. Niſi coercuero protervitatem, atque hoſtio ferociam.

Coite *Id. Men.* 5 9 46.

Poſſum ſed nunc coite. uterque id, quod rogabo, dicite.

Cuierint

Coierint *Lucr.* 2 1060.

Tandem coierint, ea quæ conjecta repente.

Coinquinari *Ennius puto (apud Cic. l. 3. de Nat. deor.)*

Periclum, matres coinquinari regias.

Coemptionalem *Plaut. Bacchid.* 4 9 42.

Nunc Priamo noſtro ſi eſt quis emptor, coemtionalem ſenem.

Cooperiant, cop. cooperuiſſe, cop. coopertus, copertus. coopis, copis. coopia, copia.

Idem accidit voculis Proin, prout; Ohe! oho! ſi tanti eſſet exemplis probatum ire, quæ paſſim occurrunt.

Ruina *P. Syrus.*

Haud cito ruina perit vir, qui ruinam timet.

Patrui *Stat. Theb.* 4 430.

Nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui.

Januam *Plaut. Men.* 1 1 9.

Tum compediti januam lima proterunt.

Id. Aul. 4 5 6.

Tantiſper hic ego ad januam conceſſero.

Cenſui *Id. Curc.* 1 1 84.

Ego nobis afferri cenſui. quin tu taces.

Immiſcuit *Phædr.* 1 3.

Immiſcuit ſe pavonum formoſo gregi.

Expalluit *Plaut. Curc.* 2 3 32.

Viden' ut expalluit! datin' iſti ſellam, ubi aſſidat, cito?

Maluiſti *Lucilius.* apud Cic. de fin. bon. & mal.

Maluiſti dici. Græce ergo, Prætor, Athenis

Id quod maluiſti, te, quum ad me accedis, ſaluto.

Fuit *Id. Capt.* 2 2 38.

Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.

Lucil. 14.

In terra fuit, lucifugus nebulo, id genus sane.

Plaut. Mil. Gl. 4 6 11.

Namque edepol vix fuit copia adeundi atque impetrandi.

Fuere Id. Sticho. 4 2 3.

Ita mihi tutores fuere ut egomet me hodie jugularem fame.

Fuisti Ter. Heaut. 5 2 34.

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio.

Fuissent Plaut. Bacchid. Epilog. 1.

Hi senes, nisi fuissent nihili, jam inde ab adolescentia.

Fuisse Lucil. 17.

Compernem aut varam fuisse Amphitruonis ἄχοιτιν.

Plaut. Merc. 2 4 2:

Fuisse credo, præut quo pacto ego divorsus distrahor.

Tumultuoso Id. Trin. 5 2 52.

Quis homo tum tumultuoso sonitu me excivit subito foras.

Æstuose Id. Bacchid. 3 3 67.

At quæ acerrume atque æstuose absorbet, ubiquemque attigit.

Tueri Lucil. 26.

Porro amici est bene præcipere, tueri, bene prædicere.

Mercer. *Tusci.* argutius quam sanius. prædicit non semper valet προμαντεύ). aliquando φθόνῳ λέγων.

Ter. Eun. 4 4 54.

Virgine? ita. utrum taceamne: an prædicam? tu pol, si sapis

Fluctuat Lucret. 3 190.

Namque movetur aqua, & tantillo momine fluctuat.

Luctuosum Epitaphium. citante Gifanio.

Luctuosumque mihi quid scio, quid fuerit.

Promisque

Promiſque cue. *Varro. Caprino prælio.*

Cætera promiſque voluit communia habere.

Arcuato *Ovid. Metam.* 11.

Iris & arcuato cœlum curvamine ſignans:

Sin per qu. ſcribas, eodem res redit. manebit enim notatio, ſcriptura variante. Pituita & Fortuitus quomodo menſurentur, notius eſt, quam ut hic denuo aliquid de iis reponatur. Gratuitus, cujus temporis, pene ultimam habeat fortaſſe necdum ſatis liquet.

Mortuum *Plaut. Stich.* 4 2 57.

Neque ego hoc committam ut homines mortuum me dicant Fame.

Obſervatu dignum quod occurrit circa voces ſanguis, quis, neque, temporis diſcrimen.

Sanguis *Lucret.* 4 1043.

Emicat in partem ſanguis, unde icimur, ictu.

8 850. *Ignis, an humor, an aura quid, horum ſanguis, anne, os?*

Ovid. Faſt. 6.

Educet. at ſanguis ille ſororis erat.

Id. Metam. 10.

Et color & ſanguis animuſque relinquit euntem.

Silius Ital. 9.

Vulneraque, & ſanguis, & clamor & arma juvarent.

10. *Et color & ſanguis & tela minora periclo.*

Valer. Flac. 3.

Porrigat, & juſta ſanguis exuberet urna.

Seneca Medea 2 775.

Victoris iſthic perfidi ſanguis ineſt

Quis *Plaut. Aulular.* 4 10 43.

Neque ſcis quis abſtulerit? iſthuc quoque bona, atque id ſi ſcies.

Id.

Id. Truc. 5 25.

Sed eccam video heus! amica, quid agis? quis illic homo?

Juven. Sat. 12 48.

Sed nunc quis alius? qua mundi parte? quis audet?

Statius Theb. 7.

Phocida? quis Panopen? quis Aulida? quis Cyparisson?

Boeth. de Consol. Ph. 3 4 7.

Quis illos igitur putet beatos?

Ciceto, qui versum in soluta oratione vitiosum putat, reprehenditur à Quintiliano 9. 4. quod Orationem in L. Pisonem ab Senario exorsus sit Proh DI immortales! quis hic illuxit dies?

Quid *Ter. Heautont. 3 3 40.*

Si quid hujus simile forte aliquando evenerit.

Id. Eun. 5 5 10.

Quicquid hujus factum est, culpa non factum est mea.

Que Positionem facit. *Varro Hecatombe.*

Ubi illa phalera, gemmeaque ephippia?

Neque *Plaut. Amph. 3 2 27.*

Si dixi, nihilo magis es, neque esse arbitror.

Id. Mostell. 1 3 107.

Neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.

Mart. 10 69.

Custodes das, Polla, viro, nec accipis ipsa.

Manil. Astr. 1.

Nec gravius cedit, neque horrens frigore surgit.

Id. 5. Femineæ vestes, neque insunt tegmina plantis.

Versus tenor Scaligero suspectus: reponit igitur subsunt, ut numeros

numeros absolvat. Latinitatis, ni fallor, dispendio. Vestes enim inesse magis quam subesse dicuntur membris humani corporis.

Statius. Thebaide. 2.

Solus in arma voco, neque his mora. quos ubi plures.

Plaut. Mercat. 5 2 21.

Non concedam; neque quiescam usquam noctu, neque interdius.

Notandum Major contrahi velut Angl. More.

Plaut. Pœn. 1 3 4.

Quid jam? quia majorem partem in ore habitas meo.

A Jacio composita miram retinent proprietatem. dico, si vocalis præcedat. interdum enim contrahuntur.

Ejicit *Lucr. 4 1265.*

Eicit enim sulci recta regione, viaque.

Dejicit *Asinius Gallus.*

Qui caput ad lævam deicit, glossemata nobis.

Projicere *Ter. And. 1 1 113.*

Quæ sese in iguem proicere voluit, prohibui.

Projiciet *Sen. Theb.*

Et inter acies proiciet raptam duas.

Rejicere *Ter. Phor. Prol.*

Ille ad famem hunc ab studio studuit retrere.

Rejice *Plaut. Asinar. 2 1 6.*

Quin tu abs te socordiam omnem reice, & ignitiem amove.

Virgil. Ecl. 3 96.

Tityre pascentes à flumine reice capellas.

Rejiciat *Ter. Phor. 5 5 5.*

Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiciat.

Conjicitis; cojicitis, coicitis. *Plaut. Merc.* 5 2 11.

Sanus non es, quin pedes vos in curriculum coicitis?

Conjiciam *Id. Rud.* 3 4 64.

Nam hercle ego te barba continuo arripiam, & in ignem coiciam.

In reliquis vero compositis, ubi præpositio in consonántem desinit, verbum modo plene, modo concise ponitur: cujus rei testimonia in alium articulum commodius rejicientur. Vocalium confluxu quomodo arctentur syllabæ, quod ad studium Artis Metricæ excitandum & ad operam in ejus rudimentis dirigendam nonnihil valeat, ex superius dictis non obscure colligi posse confido. Rursus earundem vocalium conciliis diremptis, quomodo voces spatia laxent, inquirere series argumenti monet & hortatur.

CAP. X.

Diæresis.

REsolutio vocalium complexarum, quam DIÆRESIN appellant notam genuinæ antiquitatis præ se fert, eoque augustior est. Martiali notatur antiquarius sui seculi Poeta quod sic claudere versum suave judicaret, *terrai frugiferai* quomodo & *Ennius*: *silvai frondosai.*

Tuæ turbæ; tuai turbai *Plaut. Mil. Glor.* 2 5 69.

Atque apud hunc vicinum, tuæ mihi turbæ non placent.

Id. Asinar. 5 2 44.

Dic, amabo, an fætet anima uxoris tuæ? nauteam.

Familiæ; familiai *Id. Merc.* 5 1 5.

Di penates meum parentum, familiæ Lar pater

Nebulæ; nebulai *Id. Pœn.* 1 2 62.

Quojus ego nebulæ cyatho septem noctes non emam.

Amicæ;

Amicæ; amicai *Id. Tru.* 2 4 5.

Non des amicæ, Dinarche, ſuavium.

Fugæ; fugai *Varro Parmenone.*

Viſcum, fugæ lineamque compedem

Æoles unde Latinam idioma maximam partem profluxit, ſolent diphthongos reſolvere ut παῖς· πάις. δαῖς· δάις.

Charmidæ; Charmidai *Plaut. Trin.* 2 2 78.

Leſbonico huic adoleſcenti, Charmidæ filio.

Periphanæ; Periphanai *Id. Epidic.* 5 1 30. Imp. male Periphani

Videon ego Teleſtidem te Periphanai filiam?

Ib. 2 2 61.

Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanæ filium

Quomodo locum illum alias confuſum & inconditum ſuperius digeſſimus. Charmidai, Periphanai. Æolum more χαρμίδαο· περιφάναο. ipſa ſoni laxitas propter ſyllabarum augmentum ſententiæ quandam amplitudinem circundat. Liceat duos modo verſiculos ſub initium hujus commentarii memoratos ob oculos revocare. hic *Ennianus.*

Olli reſpondit Rex Albæ Longæ. i. e. Albai Longai

Quid, quæſo, apud Ovidium leniori fertur agmine? nil coacti: nihil ſupervacui. peregrinitas à fronte; Archaiſmus in extremis vocibus diſſolutis, utrumque pompalitatem perſonæ Regiæ conciliat. præterquam quod ſingulæ dictiones in aptos numeros, velut ſine tormento, ſuopte nutu conſidunt.

Plautinus ille de legato; *Magnæ Reipublicæ gratia.*

Aciem inſtructam cenſeas: ita lentis & militariis greſſibus ſuperbum incedit: agmen in medio quadratum, cornibus hinc inde circumfuſis. Interdum j & v. durum in yod & wau emolliuntur.

Troiæ *Seneca Hippol.* *Miſit infeſtis Troiæ ruinis.*

Id. Troaſin. *Dum luem tantam Troiæ atque Achivis.*

Κοῖλον Æolice κόιλον Priscian. L. 1. c. de ordine literarum

Ερξίη πῆ δῆτ' αἴολβος ἀθροίζεται στράτος.

Subjecta; Subiecta *Seneca Hippol.*

Siqua ferventi subiecta Cancro est

Jam in dissyllabum iam distrahitur: quod Scauro ex priscis observatum.

Plaut. Asinar. 1 1 50.

Qui mihi auscultabunt facient obsequelam iam.

Nunc jam; nunc iam *Ibid. Prol* 1.

Hoc agite sultis spectatores nunc iam.

Idem Most. 2 1 79.

Et ego hinc occludam. jube venire nunc iam

Idid. 2 6.

Apage apage te à me nunc iam post hunc diem

Ibid. 4 3.

Circumspice etiam. nemo est: loquere nunc iam.

Idem Pœn. 3 6 19.

Domos abeamut nostras, sultis, nunc iam.

Ibid. 5 1.

Suspendant omnes nunc iam se aruspices.

Idem Pseud. 1 1 116.

Dabo. molestus nunc iam ne sis mihi.

Ibid. 5 82.

Peccata mea sunt. animum advorte nunc iam

Idem Stich. 5 6 7.

Age iam insta buccas. nunc iam aliquid suaviter

Id. Trinum. Prol. 3.

Adest, hem illæ sunt ædis: i. intro nunc iam

Ibid.

Ibid. 1 2 158.

Iſthuc volebam ſcire. i ſane nunc iam

Id. Aul. 3 7 5.

Coquite, facite, feſtinate nunc iam quantum lubet.

Id. Curcul. 5 2 37.

Summane nunquid nunc iam me vis? Vale atque ſalve.

Id. Moſtellar. 4 2 73.

Alio, credo, commiſſatum abiiſſe; abeamus nunc iam

Ib. 5 2 44.

Diſpudet. dat iſtam veniam: quid me fiet nunc iam.

Id. Rud. 3 3 20.

Deſiſte dictis nunc iam me miſeram conſolari.

Id. Stich. 5 7 6.

Intro hinc abeamus nunc iam: ſaltatum ſatis pro vino eſt

Terent. And. 5 2 25.

Age nunc iam; ego pol hodie, ſi vivo, tibi

Ibid. 2 5 13.

I nunc iam intro ne in mora cum opus ſit ſies

Ibid. 5 2 1.

Animo nunc iam otioſo eſſe impero. Hem Davom tibi

Ibid. 1 1 144.

Curabo. eamus nunc iam intro. i, præ, ſequor.

Quomodo extat in quinque Mſſ. Cenſor Leydenſis deteriores Codd. ſecutus jam nunc edidit.

Ibid. 2 1 29.

Profer, dum proficiſcor aliquo, ne videam. Audi nunc iam

Ibid. Heaut. 4 1 5.

Abi nunc iam intro, atque, illa ſi jam laverit, mihi nuncia.

Id. Adel. 5 7 16.

Ego lepidus ineo gratiam. jube nunc jam

Jocum; iocum *Plaut. Captiv.* 4 1 3.

Laudem, lucrum, ludum, iocum, festivitatem, ferias.

Lævius Protesilaodamia.

Ineunt, irruunt, cachinnos, ioca, dicta risitant

Suavis *Vetus Epigr.* *Olus suave: multiplex herbæ genus.*

Suemus *Lucr.* 1 54. *Adpellare suemus, & hæc eadem usurpare*

Adsuevi *Phædrus* 4 6. *Omne adsuevi ferrum quæ corrodere.*

Adsuetam *Id.* 3. *Prol.* *Ut adsuetam fortius præstes vicem.*

Insueta *Id.* 1 11. *Ut insueta voce terreret feras*

Suasu *Andriæ Argum.* *Davi suasu non repugnat Pamphilus.*

Evoluam *Catullus.* *Condita quin veri pectoris evoluam*

Evoluisse *Ovid. Tr.* 2. *Nunquam te nostros evoluisse jocos*

Involuisse *Id. Ep.* 9. *Infantem cunis involuisse manum.*

Eloquere *Plaut. Most.* 2 2 38.

Vos quoque terram. obsecro, hercle, quin eloquere

Sylvæ; syluæ *Horat. Epod.* 13 3. *Nunc mare, nunc syluæ.*

Id. Carm. 1 23. *Aurarum & syluæ metu.*

Miluus *Terentius Phorm.* 2 2 16.

Quid istuc? quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.

Ut Mss. o. & Gifan. Editor. Nott. Var. Milvio.

Ovid. Met. 717. *Ut volucris, visis rapidissima, miluus, extis.*

Hor. Epod. 16. *Adulteretur & columba miluo.*

Plaut. Aul. 2 4 37. *Pulmentum pridem ei eripuit miluus.*

40. *Ut sibi liceret miluum vadarier.*

Phædr. 1 31 3. *Columbæ sæpe cum fugissent miluum.*

10. *Illæ credentes tradunt sese miluo.*

Plaut.

Plaut. Rud. 4 4 80.

Vidi petere miluum etiam, cum nihil auferret tamen.

Id. Pœn. 5 5 13.

Teneſis me arcte, mea voluptas; male ego metuo miluos.

Miluinus *Id. Pſeud.* 3 2 63.

Niſi miluinis aut aquilinis ungulis.

Id. Men. 1 3 29.

Madida quæ mihi in menſam appoſita miluinam ſuggerunt

Larva; Larua *Plaut. Caſin.* 3 4 2.

Qui me atque uxorem ludificatu'ſt Larua

Id. Amph. 2 2 145.

Nam hæc quidem edepol laruarum plena eſt. quid verbis opu'ſt?

Id. Aul. 4 4 15.

Laruæ hunc, atque intemperiæ, inſaniæque agitant ſenem

Id. Capt. 3 4 66.

Jam deliramenta loquitur. Laruæ ſtimulant virum.

Id. Merc. 5 4 20.

Num ibat exulatum, an abiit? etiam loquere larua?

22. *Fateor deliqui profecto. etiam loquere larua?*

Laruatus *Id. Men.* 5 4 2.

Num laruatus aut cerritus, fac ſciam.

Id. Amph.

Laruatus. edepol hominem miſerum! medicum quærita.

Larualis. Priapeiis. Pallorem, maciemque larualem.

Reliquom *Ter. Eun.* 5 5 26.

Reliquom? tantum eſt ceſſo huc introirrumpere.

Plaut. Ciſtel. 1 3 40.

Nunc, quod reliquom reſtat, volo perſolvere.

Ibid.

Ibid. 2 1 30.

Quod dedi datum non vellem, quod reliquum est, non dabo.

Phædr. 1 31 13.

Tunc de reliquis una; Merito plectimur.

Id. 3 4 2. *Inter reliquas merces atque obsonia.*

Id. 4 22. *Accepit partem: cum reliquam posceret.*

Lucret. 1 560. *Nunquam reliquo reparari tempore possunt.*

Id. 2 954. *Reliqui motus vitales vincere sæpe.*

Quid *Plaut. Most.* 3 2 70.

Quid consomniavit? ego dicam tibi

Quoiquam; ut cuiquam *Plaut. Capt.* 4 1 5.

Nec quoiquam homini supplicare nunc certum'st mihi

Aliquo *Id. Rud.* 2 7 17.

Dum mea arescunt: in aliquo tibi referam gratiam

Nisi Hiatus, quod facit aliquando, reddat ult. in *mea* syllabam communem.

Quoniam *Id. Stich.* 5 3 3.

Domo dudum huc arcessita sum, quoniam nunciatum'st

Nequaquam *Novius. Pullis.*

Ubi tu nequaquam cubares aspriter,

Aquæ *Lucr.* 6 550.

Fit quoque, ubi in magnas aquæ, vastasque lacunas.

Ibid. 863. *Quæ calidum faciunt aquæ tactum atque vaporem*

Vulgati Codd. subdiderunt, laticis. etiam Beda parum attendit ad Diæresin, cum tradit vett. principem vocalem in aquæ pro communi usurpare solitos

Plaut. Mil. Gl. 2 6 71.

Aqua aquæ sumi, quam hæc est, atque ista hospita.

Affinis

Affinis huic materiæ erit disquisitio de toto genere vocalium, in eadem dictione concurrentium inter se, quantum spatium occupent & tueantur: quantoque temporis intervallo jure proferri debeant.

CAP. XI.

Vocalis ante Vocalem.

EST igitur & alia POSITIO, quæ dicitur, VOCALIS ante ALTERAM, in diversis ejusdem dictionis syllabis; in eaque traditur ubique, paucis duntaxat exceptis, prior corripi. an ita se res antiquitus habuerit veterum monumenta recolamus.

Primo propter latentem diphthongum vocalis illa producitur. ut in ei velut eii. in Germanica pronunciatione vocis ejus; eijus clare exauditur. sic ei, eii.

Terent. Heaut. 3 1 27.

Non tu ei dixti ut esſem? Non. quamobrem Chreme?

Dixti in C. C. C. scripto 1471. Leydensis dixisti: quamvis in Eographio legatur, dixti.

Ibid. 46. *Sensi. nam unam ei cœnam atque ejus comitibus.*

Ita MSS. o. Faern. & Donat. in *Adelph.* 1 2 59. contra Leydensis -- *namque ei unam cœnam.* libb. non præeuntibus.

Ibid. 4 5 29. *Fortasse argentum dabitur ei ad nuptias.*

Guietus supposuerat, illi. nimirum tenorem vocis ignorabat recentiorum regulis transversus actus.

Ibid. 4 25.

Næ ille haud scit hoc paulum lucri quantum ei damnum apportet.

Lugdunenses typothetæ omiserunt, hoc, manifesta versus ruina-

Plaut. Caſin. Prol. 35.

Senex hic maritus habitat; ei eſt filius.

Id. Curc. 4 3 12.

Is Summanum ſe vocari dixit; ei reddidi.

Id. Mil. Gl. 2 2 101.

Cito domum tranſire, atque hæc ei monſtra, præcipe.

Ter. Phor. 5 7 79.

Quin novo-modo ei faceres contumeliam.

Id. And. 2 6 12.

Laudo, dum licitum eſt ei, dumque ætas tulit.

Id. Ph. 5 8 41.

Habet hæc ei quod dum vivat, uſque ad aurem ogganniat

Id. Hec. 4 1 58.

Neque detractum ei eſt quicquam, qui poſſet poſt noſcier qui ſiet.

Coierint in ſuperiori cap. videtur idem poſſe, ac ſi ſcriberetur coierint; eoque nomine in ſyllabam mediam ſeu ancipitem tranſire.

Lucret. 2 1135.

Nec facile in venas cibus omnis diditur ei.

Id. 5 285. *Nam primum quicquid fulgoris diſperit ei.*

Ibid. 753. *Lumine, & à terris altum caput obſtruere ei.*

Id. 6 674. *Scilicet & fluvius qui non eſt maximus ei eſt.*

Ib. 79. *Et manibus nitidum teneris opus effluit ei.* ei N. Pl.

Id. Merc. 5. 2. 28.

Non amittunt hi me comites, qui tenent. qui ſunt ei? penult. corr. Etiam in Dativ. Sing.

Plaut. Mil. Gl. 4 5 5.

Verum poſtremo impetravi, ut volui; donavique ei.

Huic

Huic *Plaut. Bacch.* 4 5 4.

Nam non conducit huic ſycophantiæ.

Id. Rud. Prol. 39. *Huic filiola virgo periit parvola*

Id. Bacchid. 3 3 80.

Mihi diſcipulus, tibi ſodalis periit, huic filius.

Id. Amph. 2 2 70.

Etiam tu quoque aſſentaris huic? quid vis fieri?

Id. Men. 5 9 79.

Eam dedi huic. hancne dicis, frater, palla quam ego habeo?

Cui *Id. Amph.* 3 1 1.

Ego ſum ille Amphitruo cui eſt ſervos Soſia.

Id. Men. 5 5 30.

Perdormiſco, ſi reſolvi argentum cui debeo.

Id. Merc. 3 4 30.

Loquere porro aliam malam rem: cui eſt empta? neſcio.

In Gen. Sing. 5. declinationis

Rei; *Lucr.* 1 688.

Præterea rei quæ corpora mittere poſſit.

Id. 2 111. *Cujus, uti memoro, rei ſimulacrum & origo.*

Ib. 236. *Tempore inane poteſt vacuum ſubſiſtere rei*

Id. 6 392. *Et potius nullæ ſibi turpis conſcius rei.* Aliter

Plaut. Men. 3 2 29.

Adoleſcens, quæſo, quid tibi mecum eſt rei?

Id. Merc. 5 4 3.

Optuma opportunitate ambo adveniſtis. quid rei eſt?

Fidei *Id. Aul.* 3 6 47.

Aulam in Fidei fanum ibi abſtrudam probe.

Lucr. 5 103.

Nos jacere endo manus via qua munita fidei. *Ennius.*

Ennius. *Ille vir haud magna cum re, ſed plenus fidei.*

Quem verſum Gifanius μέτρον injuria reputat.

Paulinus. *Auſcultat natò genitrix (vis tanta fidei)*

Id. *Diſcutiebat ovans galea ſcutoque fidei.*

Adeo non temere eſt, quod *Beda* penult. Natura longam, Licentia Poetarum ſc. Novorum cõrripi affirmet.

Alterius; *Terentianus.* *Nec alterius indigens opis veni.*

Id. *Seſcuplo vel una vincit alterius ſingulum*

Id. *Sub alterius conſonant vocabulo.*

Sed mihi non ponitur extra dubium ſeculi iſtius autoritas, cum claſſici ſcriptores ſyllabam in iſta voce penultimam fere conſtanter corripiant. Manet etiam natura longa, quamvis ſequatur vocalis.

Ierant *Ter. Adelph.* 1 1 2.

Neque ſervolorum quiſquam qui advorſum ierant

Fieret *Id. Eun.* 1 2 12.

Pars æqua amoris tecum, ut pariter fieret.

Id. Adelph. 1 2 26. *Injurium eſt. nam ſi eſſet unde id fieret.*

Id. Ph. 5 1 33.

Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam ut fieret.

Plaut. Amph. 1 2 24. *Pater curavit uno ut fetu fieret.*

Id. Trin. 3 2 18.

Atque honori poſterorum tuorum ut vindex fieres

Ter. Andr. 4 4 53.

Hic ſocer eſt. alio pacto haud poterat fieri.

Plaut. Pœn. 3 3 11.

Non fore: nec Fortunam id ſituram fieri.

Ib. 5 43. *Conſulto hoc factum eſt, mihi ut inſidiæ fierent*

Id. Bac. Epid. 3.

Neque adeo hæc faceremus, ni antehac vidiſſemus fieri.

Id.

Id. Rud. 5 3 48.

Palam age. nolo murmur ullum neque ſuſurrum fieri.

Ter. Heaut. 5 4 14.

Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.

Pub. Syrus. *Ita habeas amicum poſſe ut fieri inimicum putes.*

Tanaqu. Faber Trochaico ceu vitioſo, cum per ſe ſanusſit, trajectione particulæ remedium quærit.

Confieri *Pacuv. Hermiona*

Quum pigra eſt ipſa, ut ſpiſſe omnia videantur confieri

Interfieri *Pl. Trin.* 2 4 131.

Si in obſerendo poſſent interfieri.

Eſt & alia vis hujus Poſitionis, quâ ſyllabæ naturâ longæ cum apud Græcos, tum Latinos corripiuntur.

Suet. Νέρων, Ορέστης, Αλκμάιων μητροκτόνοι.

Ariſtoph. Plut. Οἴμοι κακοδαίμων ὡς ἀπόλωλα δείλαιος

Plaut. Aſinar. 2 2 67.

Meminiſtin' aſinos Arcadicos mercatori Pellæo.

Ov. Triſt. 3 12 2.

Longior antiquis viſa Mæotis hyems.

Val. Flac. 6 *Arg.*

Æquaque nec ferro brevior, nec romphæa ligno.

Seneca Troaſin. *Altum vadoſos Sigæon ſpectans ſinus.*

Soph. Philoctet. 1401.

Τίνα προσωφέλησιν ἔρξεις βέλεσι τοῖς Ηρακλείοις;

Ar. Pluto Εἰ γὰρ ὁ Πλοῦτος βλέψειε πάλιν, διανείμειέ τ' ἴσον ἑαυτόν.

Id. Αχαρν. Φιαλῆς ἑταῖρε βακχείου.

Virg. Æn. 1 205.

Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopeia ſaxa.

Soph. Phil. 1254. Σὺ δ' ὦ Ποίαντος παῖ φιλοκτήτην λέγω.

Ar. Pluto. Γεωργὸς εἶ; μελαγχολᾶν μ' οὕτως οἴει;

Id. Equitib. Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὴν Παφλαγόν' οὐδὲν λαθεῖν.

Æschylus Niobe. Οἷστρος τοιαύτης παρθένου λοχεύεται.

Catull. de coma Ber. *Non, ita me divi, vera gemunt, iverint.*

Pro juverint. imitatur jurandi formulas, quas comminutis & concisis vocibus concipere quibusdam lepidum videbatur. sic deurit, præ ustas. nec ideo semper Positio Naturam expellit.

Statius Thebaid.

6. *Præmia, cum vacuus domino præiret Arion*

10. *Nec deest cœptis, unde hæc tam sera repente.*

11. *Deest servitio plebes, hos ignis egentes.*

d. Epenthericum aliquando facessit ut committantur vocales. Proderit, proerit.

Plaut. Cistellar. 4 2 75.

Commoda loquelam tuam: tibi nunc proderit. confitemur.

Antideo, anteeo *Ibid.* 2 1 3.

Qui omnes homines supero atq; antideo cruciabilitatibus animi.

Præterita etiam in ui incrementi speciem præferebant. ut pluo, pluvi.

Fui *Plaut. Rud.* 5 3 3.

Quando ego erga te benignus fui, atque opera mea.

Fuimus *Id. Captiv.* 2 2 12.

Captus est? Ita non nos igitur soli ignavi fuimus

Ennius. Nos sumus Romani, qui fuimus ante Rudini.

Fuerint *Plaut. Pœn. Prol.* 110.

Quo genere gnata, qui parentes fuerint.

Fuerim *Id. Mil. Glor.* 4 8 54.

Cogitato identidem tibi quam fidelis fuerim.

Luit

Luit. *Lucilius.* *Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia luit.*

Annuit *Enn. Ann.* 2.

Annuit seſe mecum decernere ferro.

Plaut. Aſin. 4. 1. 63. *Tot reddat ſpurcas, quot puras habuerit.*

Phædrus 3. *Ad Eutychum.*

Et, laude invita, in hanc vitam incubuerim.

Id. 3 17. *At mehercule narrabit, quod quis voluerit.*

Id. 4 9. *Significat primo, ſæpe quos alueris.* in Nomine.

Lucr. 2. 463. *Sed quod amara vides eadem, quæ fluvida conſtant.*

Ib. 465. *Nam quod fluvidum eſt, e levibus atque rotundis.*

Noviſſimis his articulis expoſuimus, quæ ſint vocalium inter ſe concurrentium affectiones: circa ſyllabarum detrimentum facilior erit quæſtio.

CAP. XII.

Syncope.

FRequentabatur temporibus priſcis brevis vocalis ex medio vocis exemptio, quam SYNCOPEN dicunt, ubi hodie vix habet locum.

Dixti. ut ſupra in ei.

Non tu ei dixti ut eſſem? Non. quamobrem Chreme?

Id. And. 3 1 1.

Ita pol quidem res eſt, ut dixti, Lesbia:

Imo apud eundem pluſquam vicies.

Dixe *Id. Pœn.* 5 2 1.

Ain' tu tibi dixe Synceraſtum, Milphio.

Plaut. Amph. Exjuraviſti te mihi dixe per jocum.

Auſon.

Auſon. in 7. Sap.

Multi hoc Solonem dixe Cræſo exiſtimant

Ut in ludo non abſurdé.

Ter. Hec. 5 4 5.

Maneo. ſic te dixe opinor; inveniſſe Murrhinam

Etiamſi ſcribitur plene, ut in Schreveliana editione, legitur conciſe. Arnobius dixe l. 5. extra verſum uſurpat

Addixti *Mart.* 10 31.

Addixti ſervum nummis here mille ducentis

Id. 12 16. Indixe *Varro*

Duxti *Varro* γνῶθι σαυτόν. quas ærifice duxti

Abduxti *Plaut. Curc. 5 2 16.*

Me repoſcis, quam ab lenone abduxti hodie, ſcelus viri.

Adduxti *Ter. Un. 4 7 24.*

Rogitas, quæ mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum?

Id. Heaut. 4 6 15.

Amicam adduxti, quam non liceat tangere

Adduxe *Plaut. Rud. 4 4 3.*

Quæ me pellices adduxe dicat ante oculos ſuos.

Induxti *Ter. Hec. 4 4 69.*

Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum.

Id. And. 5 3 12.

Olim iſthuc, olim cum ita animum induxti tuum

Obduxe *Argum. Merc. Obduxe ſcortum. tum Charinum ex fuga*

Induxe *Varro. Produxti. Produxe* *Ter. Ad. 4 2 22.*

Produxe aiebas. factum. verum venit poſt inſaniens.

Subduxti *Terent. Eun. 4 7 25.*

Quid cum illo tu agas? & cum eo clam te ſubduxti mihi

Subduxe Varro de R. R. 2 1. quam ſibi Thyeſtem ſubduxe queritur. ut Victorius ex antiquis codicibus edidit.

Traduxti *Plaut. Caſ.* 3 3 16.

Iamne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuam?

Direxti *Virg. Æn.* 6, 59.

Dardana qui Paridis direxti tela, manuſque

Extinxti *Id. Æn.* 4, 682

Extinxti te, meque, ſoror, populumque patreſque

Extinxem *Ibid.* 606.

Cum genere extinxem; memet ſuper ipſa dediſſem

Affixet *Silius Bel. Pun.* 14.

Affixet tranſtro; vix morte incepta remittit

Intellexti *Ter. And.* 1 3 2. quomodo Priſ. citat in libello de verſibus comicis.

Quantum intellexti modo ſenis ſententiam de nuptiis.

Plaut. Rud. 4 4 59.

Dixi equidem: ſed, ſi parum intellexti, dicam denuo.

Intellexes *Plaut. Ciſtellar.* 2 3 81.

Nam, ni intellexes, nunquam, credo, amitteres.

Surrexti *Mart.* 5 80.

Undecies una ſurrexti, Zoile, cœna.

Surrexe *Hor. Serm.* 1 9.

Tam nigrum ſurrexe mihi. fugit improbus, & me.

Depinxti *Plaut. Pœn.* 5 2 154.

Formam quidem, hercle, verbis depinxti mihi.

Emunxti *Id. Moſt.* 5 1 60, 61.

Me emunxti. videſis, ſatine recte? num mucci ſluunt?

Imo etiam cerebrum quoque omne è capite emunxti meo.

Auxti Auſon.

Luxti *Catull. de Coma Ber.*

At tu non orbum luxti deſerta cubile.

Plaut. Merc. 2 3 36.

Sed quid ais? ecquam tu advexti tuæ matri ancillam Rhodo?

Advexe *Plaut. Merc. 2 2 61.*

Nam ei dono advexe audivi, ſed præcauto eſt opus.

Circumſpexti, Proſpexti *Ter. Ad. 4 5 55.*

Numquid circumſpexti? aut numquid tute proſpexti tibi?

Circumſpexe Varro Sexageſi. Se circumſpexe, atque inveniſſe.

Proſpexe. Varro. Deſpexe *Plaut. Mil. Gl.*

Et me deſpexe ad te per impluvium tuum.

Illexe *Plaut. Men. 1 1 53.*

Amorem multos illexe in diſpendium.

Cic. de N.D. 3 26. non ſat habet conjugem illexe in ſtuprum.

Devinxti *Id. Aſ. 5 1 20.*

Hem, iſtoc me facto tibi devinxti. quin te ergo hilarum das mihi.

Fluxe Varro de R. R. 2 11. Fluxe ex herba, quæ ipſa ſumpta perpurgare corpora noſtra ſolet.

Inſtruxti *Plaut. M. Gl. 4 1 34.*

Jube tibi aurum, atque ornamenta, quæ illi inſtruxti mulieri.

Vixet *Virg. Æn. 12,* *Vixet, cui vitam Deus & ſua dextra dediſſet.*

Scripſti *Id. Aſin. 4 1 57.*

Ut careat: bulchre ſcripſti: ſcitum ſyngraphum.

Scripſtis *Ennius Hecuba.*

Sed nunquam ſcripſtis qui parentem aut hoſpitem

Scripſe *Auſon.*

Delphis Solonem ſcripſe fama eſt Atticum. Arnob. 4.

Conſcripſti *Plaut. Aſin. 4 1 1.*

Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſti ſyngraphum.

Præſcripſti

Præſcripſti *Ter. And.* 1 1 124.

Tute ipſe his rebus finem præſcripſti, Pater.

Sumpſe *Nævius Ithyphallo.*

Argentum amoris cauſa ſumpſe mutuum.

Conſumpſti. Propert. Clepſe. Cic. Tuſc. 2.

Conſumpſe *Lucret.* 1 232.

Infinita ætas conſumpſe anteacta, dieſque.

Erepſti *Pompon. Macc. Gem.*

Quin bono animo es. video, erepſti primiter de pannibus.

Erepſemus *Horat. Sat.* 1 5.

Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trevici.

Excluſti. *Ter. Eun.* 1 2 18.

Credo, ut fit, miſera præ amore excluſti hunc foras.

Quomodo etiam in Donato MS. legitur. Imp. excluſit.

Occluſti *Pl. Trin.* 1 2 151.

Occluſti linguam: nihil eſt qui reſpondeam.

Concluſſem *Ter. Eun.* 4 3 25.

Nam illum aliqua concluſſem, neque illi commiſi ſſem Virginem.

Miſti *Catullus ad Calvum.* *Miſti continuo ut die periret.*

Miſſe *Lucilius Sat.* 28. (ex Nonio in Autumare)

Socratium quod ante Tyranno miſſe Ariſtippum autumant.

Amiſti *Ter. Hec.* 2 2 9.

Adii te heri de filia: ut veni, itidem incertum amiſti.

Admiſſe *Plaut. Mil. Gl.* 4 7 4.

Verum [illegible]m multos multa admiſſe acceperim.

Commiſti *Ter. Eun.* 5 1 16.

Sceleſta, Ovem lupo commiſti. diſpudet.

Immiſti *Sil. Bell. Pun.* 17, 3[illegible]

Immiſti Latio: tremuerunt mœnia Romæ.

Promiſti *Plaut. Pœn.* 1 3 13.

Fac, quod facturum te eſſe promiſti mihi.

Terent. Ad. 5 8 17.

Fac, promiſi ego illis. promiſti autem? de te largitor puer.

Catull. ad Auſilenam 105, 3.

Tu quod promiſti mihi, quod mentita inimica es.

Promiſſem *Plaut. Bacchid.* 5 1 12.

Reliquum id auri factum, quod ego ei ſtultiſſimus homo promiſſem

Promiſſe *Catull. ad Auf.* 105.

Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ.

Invaſſe. eliſſe *Lucilius Sat.* 2.

Injuriatum hunc in fauces invaſſe, animamque eliſſe illi.

Manſti *Id. Sat.* 4.

Quando in eo numero manſti, in quo maxima nunc eſt.

Advertendum in Satyris & Comœdiis, quæ familiarem ſermonem proxime referunt, figuras dictionis etiam rectæ loquelæ præferendas, ſi nativus ordo patitur, & expeditus orationis tenor.

Juſti *Ter. Eun.* 5. 1, 15.

Quid facerem? ita, ut tu juſti; ſoli credita eſt.

Juſſe *Id. Hæc.* 3 5 16.

Heri Philumenam ad ſe accerſi juſſit hic. dic juſſe te.

Quomodo MS. Ball. diſertè exhibet ex conſuetudine vett.

Senſti *Ter. And.* 5. 3, 11.

Me miſerum! modone id demum ſenſti, Pamphile?

Ter. 3 3 29.

Si unquam erga te eſſe animo amico ſenſiſti eam, mi Pamphile.

Senſe *Id. Ib.* 3 1 12.

Vix tandem ſenſi ſtolidus. quid hic ſe ſenſe ait?

Pronomen exhibent Mſſ. 7. & Vett. impreſſi. Nott. Var. editor omittit.

Detruſti

Detrusti *Plaut. Aul. 2 5 9.*

Huccine detrusti me ad senem parcissimum?

Laberius in Prol. mimi cujusd.

Quo me detrusti pene extremis sensibus?

Evasti *Hor. S. 2 7.*

Evasti. credo, metues, doctusque cavebis.

Silius B. P. 15. Evasti nostram mentito fœdere dextram.

Evasset *Id. Ib.*

Forsan & evasset rapidi freta sæva pericli invasse Forcel. in fin.

Cesse *Lucr. 1 1077.*

Nam quacunque prius de parti corpora cesse.

Abscessem *Silius B. P. 8.*

Vestra; nec abscessem thalamo, ni magna minatus.

Accestis *Virg. Æn. 1 205.*

Accestis scopulos, vos & Cyclopeia saxa.

Accesset *Turpil. Epicl.*

Dividiæ tibi, quum ætas accesset, non fore.

Decesse *Ter. Heaut. Prol. 32.*

Decesse populum. cur insano serviat?

Discesti *Plaut. Asin. 2.1,3.*

Jam diu est factum, quom discesti ab hero, atque abiisti ad forum.

Interesse *Ter. Ad. 3 2 50:* (*periar Geta.*

Pretium, neque rem ullam interesse, illa aut me indignam; ex-

Processe *Turpilius Lindia.*

Nostrum, processe nobis ex sententia.

Recesset *Plaut. Merc. 1 1 73.*

Postquam recesset vita patrio corpore.

adolasse Ovid. VI Her. XI.

Immersti *Plaut. Bacch.* 4 4 26.

Erras. at quidem tute errasti, cum parum immersti ampliter.

Absterſti *Catull.* Risti *Ter. Heaut.* 5 1 13.

Ha, ha, he! quid risti? Servi venere in mentem Syri.

Ita schedæ Westmon. glossa adjecta pro risisti. item C. Magd.

Divisse *Hor. S.* 2.3,

Antiquo censu natis divisse duobus.

Percusti *Hor. Sat.* 2 3.

Gaudes si cameram percusti forte? penes te es?

Oppresset *Ter. Adelph.* 4 1 9.

Priùs nox oppresset illic, quàm huc revorti possiet iterum.

Plaut. Cas. 5 4 17.

Te quidem oppresset. feci ego isthæc dicta, quæ vos dicitis?

Convassem *Ter. Phorm.* 1 4 13.

Aliquid convassem atque hinc me ego coicerem protinam in pedes

Illud hic notandum In 2. personis Præteritorum Indicativi & temporibus ab illo altero themate ortis in xi, psi, aut si, cur intercpiatur vocalis inter s. sequentem, contigisse ad evitandam stridoris duritiem. in omnibus autem arguit accentum antepenultimam occupasse syllabam; ut οἴδασθαι· οἶσθαι. cum vocalis acuta clarius sonet, quam quæ facile supprimatur.

Cœpsti *Seneca. Thebaide.*

Hac parte mortem perage, quâ cœpsti mori.

Percepset *Vet. P. apud Cic. Off.* 3.

Istius percepset malitiosam audaciam.

Attotonse *V. Epigram. in Sabinum.*

Bidente dicit attotonse forcipe.

Advertsti *Plaut. Merc.* Abscondidi & abscondi. nota sunt. illud nobis minus in usu.

Indistis

Indiſtis *Plaut. Capt.* 5 3 7.

Pægnium vocitatus eſt: poſt vos indiſtis Tyndaro.

Inderunt *Pl. Aſin.* 3 2 7.

Qui ſæpè antè in noſtras ſcapulas cicatrices inderunt.

Reddiſti *Attius Alcmæone.*

Reddiſti alacrem, ac me excitaſti ex luctu in lætitudinem.

Crediſti *Ter. Phorm.* 3 1 3.

Alios tuam rem crediſti magis, quàm tete, animadverſuros.

Sed redeo in viam. de Syncope, quæ ad manum erant, ſubjuncturus. in nominibus brevis vocalis ſæpè exteritur, cum mutæ, interdum & aliis conſonantibus ſubjecta præcedit liquidam.

Tabulas, tablas. ut Gr^b. πίβλα. Ταῦλα. *Plaut. Curc.* 4 3 13.

Qui has tabellas obſignatas detulit. quas tu mihi tabulas?

Nubilam *Plaut. Ciſtellar.* 2 5 1. v. infra Feror, differor.

Gloſſ. Phil. φίβλα. fibula.

Auriclas *Phædr.* 1 11.

Fugientes ipſe ut exciperet. Hic auriculas.

Circlos *Virg. Georg.* 3.

Ac primùm laxos tenui de vimine circulos.

Oclis *Plaut. Aul.* 4 9 30.

Fugin hinc ab oculis? abin' hinc, annon? abeo. caveſis te videam.

Poclum *Id. Curc.* 2 3 80.

Facto baſilicum. propino magnum poclum. ille ebibit.

Poclis *Varro Seſquiulyſſe.*

Vino invitari poclis largè atque benigné.

Mitto oraclum, periclum, gubernaclum; & id genus triſtiſſima.

Specla

Specla *Pl. Caſ.* 2 4 27.

Si non impetravit, etiam ſpecula in ſortitu eſt mihi.

Vidlum *Plaut. Rud.* 5 4 62.

Quid iſta ad vidulum pertinent, ſervæ ſint iſtæ an Liberæ?

Mundlos *Pl. Truc.* 3 1 13.

Nunc ego iſtos mundulos urbanos amaſios.

Unglæ *Attius Thebaide.*

Nitidantur ungulæ quadrupedantum ſonipedum.

Singlariter *Lucr.* 6 1060.

Quæ memorare queam inter ſe ſingulariter apta.

in columna roſtr. Grut. p. 404 inscr. 1. ad fin.

Poplus *Plaut. Amph. Prol.* 101.

Nam cum Telebois bellum eſt Thebano poplo.

Sic maniplus.

Coplata *Lucr.* 6 1081.

Inter ſe quædam poſſint copulata teneri.

Vaplando *Plaut. Aul.* 3 3 8.

Heu ſenex! pro vapulando, hercle, ego abs te mercedem petam.

calfio Charisp. 220. Sic calfacto.

Opræ *Ennius Epitaph. P. Scip.* ap. Senec. epist. 108

Quibit pro factis reddere opræ pretium.

Pl. Men. 5 7 20.

Imo & opram dabo, & defendam, & ſubvenibo ſedulo.

Aliquantulum *Ter. Eun.* 1 2 51.

Nuper. ejus frater aliquantulum ad rem eſt avidior.

Biclus (in Philoxeni Gloſſario) φώκη & in Græcolat. φώκη, vitulus marinus. Biclus, bitlus, vitlus. quomodo videtur exanclare ab exantlare deflexum, quicquid docti ex Feſto in diverſum argutentur. & ita legerim in Plinio; vitlos marinos.

Ventlum *Pl. Curcul.* 2 3 37.

Fieri ventlum: quid igitur vis? eſſe ut ventum gaudeam.

Attulit

Attulit ut ſupra in tablas.

Qui has tabellas obſignatas attlit.

Intuli *Pl. Amph.* 2 2 101.

Neque meum pedem huc intli etiam in ædis, ut cum exercitu

Detuli *Plaut. Bacchid.* 4 7 13.

Egomet tabellas detli ut vincirer; ſine

Obtuliſti *Id. Pœn.* 1 1 81.

Cum mihi hoc obtliſti tam lepidum ſpectaculum.

Extuliſti *Titin. Prælia.*

Næ tu iſtum edepol inedia extliſti, pariter ut dignus fuit.

Poſtulare *Ter. And.* 2 1 31.

Cum is nil promereat poſtlare id gratiæ apponi ſibi.

Congratulantes *Pl. Men.* 1 2 20.

Conferre omnes congratlantes quia pugnavi fortiter.

Cedite *Plaut. Merc.* 5 4 4.

Uxor tibi placida & placata eſt. cette dextras nunc iam

Pergo, ſurgo pueris comperta ſunt à perrigo, ſurrigo concidi. non item.

Porgo à porrigo *Plaut. Pſeud.* 2 4 18.

Contra pariter porge audacter ad ſalutem brachium.

Virgil. Æn. 8,274.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris

Phædrus. 4 19.

Porgunt rogantes victum. quos caſu obvius

Stat. Theb. 8.

Imperat abſciſſum porgi, lævaque receptum.

Silius 9. *Exemplo doctus porgebat protinus enſem.*

Stat. Sylv. 2 204.

Porxit & obtuſo pallentes germine flores.

Exporge *Ter. Ad. 5 3 53.*

Exporge frontem, scilicet: ita tempus fert.

surgite non surri, gite, Forcel.

Surpite *Hor. S. 2 3.*

Quiddam magnum addens, unum me surpite morti.

Plaut. Capt. Prol. 8.

Alterum quadrimum puerum servos surpuit.

Id. Ib. 3 5 102.

Puerum quadrimum quem mihi servos surpuit.

Id. 5 4 14.

Patet his est: hic servos, qui te huic hinc quadrimum surpuit

Horat. Carm. 4 13 20. Qua me surpuerat mihi.

Lucret. 2 314.

Cernere jam nequeas, motus quoque surpere debent.

Er'pio *Ter. Heaut. 4 3 35.* *pio.*

At enim spem, isthoc pacto, rursum nuptiarum omnem mihi eri-

Id. Adelph. Prol. 8.

In Graeca adolescens est. is lenoni eripuit

Plaut. Mostell. 3 1 6.

Responsiones omnes hoc verbo eripite

Sic dir'pior à diripior *Pl. Cist. 2 1 5.* v. infra feror, differor.

Id. Stich. 5 4 36.

Haud tuum isthuc est te vereri. eripe ex ore tibias.

Liberis *Id. As. 5 2 82.*

Istoscine patrem aequom mores est libris largirier.

Liberius *Ter. And. 1 1 25.*

Librius vivendi fuit potestas. nam antea.

Liberalis *Plaut. Mil. Gl. 1 1 64.*

Et libralis visus. vesperies quam decet!

Liberali

Liberali *Pl. Pœn.* 5 2 132.

Manuque, lib'rali causâ, ambas asseras.

Liberet *Id. Capt. Epil.* 4.

Nec ubi amans adolescens scortum libret clam patrem suum

Liberare *Id. Pseud.* 1 5 68.

Meum amare? negare meum est. librare quam velit?

Asperis *Virg. Æn.* 2.

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem.

Stat. Theb. 1.

Proterere exanimes artus, asprosque molares.

Aspere *Cæcil. Fallacia.*

Nam quam duriter vos educat atque aspre non negat.

Asperiter *Novius. Pullis escam.*

Ubi tu nequaquam cubares aspriter.

Properas *Plaut. Merc.* 5 2 110.

Hic homo non sanus est, medicari amicus quin propras?

Virgil. Georg. 3.

Et spumas miscent argenti, vivaq; sulphura. sic excusari possit.

Alterum *Supra.*

Altrum quadrimum puerum servos surpuit.

Id. Truc. 1 1 27.

Sin alter altri potior est, idem perit.

Nævius. Ariolo.

Altris inanem bulbam madidatam dari.

Altris nuces in proclivi profundier.

Posterius *Ter. And.* 3 2 29.

Ne tu hoc mihi postrius dicas, Davi factum consilio, aut dolis.

Interibi *Pl. Mil. Gl.* 2 1 26.

Interibi ut hic Miles forte Athenas advenit.

Calda. pro calida aqua, vulgatum: unde & caldarium.

Hor. S. 1 3. *Caldior eſt. acris inter numeretur, opinor.*

Valde, protritum. *Id. Ep.* 1 9.

Quid poſſim videt, ac novit me valdius ipſo.

Id. ad Piſones.

Valdius oblectat populum, meliuſque moratur.

Soldum *Id. S.* 2 5.

Filia Naſicæ metuentis reddere ſoldum.

Id. Sat. 1 2.

Quærere plus prodeſt, & inane abſcindere ſoldo.

Ad hanc Syncopen menſura verſus hujus exigi poterit.

Virgil. Georg. 2, 60.

Inſeritur vero ex fetu nucis arbutus horrida.

Varro Myſteriis.

Priſca horrida ſilent oracla crepera in nemoribus.

Ardum *Lucil.* 29.

Ardum, miſerimum, atque infelix lignum Sambucum vocant.

Ficedula. Hor. antepenult. produxit. Juven. eſt. *Sat.* 4 19.

Mergere ficedulas didicit nebulone parente. à ficubus edendis

Indidem *Pl. Ciſt.* 1 1 64.

Indidem, unde oritur, facito ut facias ſultitiam ſepelibilem.

Craſtinum *Id. Stich.* 4 2 55. *(diem.*

Nunquam edepol me vivom quiſquam in craſtinum proſpiciet

Neminem *Pl. Pœn.* 5 6 11.

Neminem venire qui iſtas aſſereret manu

Virgines *Ennius.*

Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas.

Quæritas

Quæritas *Plaut. Pſ.* 4 2 22.

Ipſe ego is ſum, adoleſcens quem tu quæritas. Tune es Ballio?

Clamitans *Ter. Ad.* 1 1 35.

Venit ad me ſæpe clamitans: Quid agis Micio?

Curſitet *Id. Eun.* 2 2 6.

Niquis forte internuncius clam à Milite ad iſtam curſtet.

Uſitatus *Pl. Pſ.* 2 4 37.

Atque eum qui non hic uſitatus ſæpe ſit. ſi ſervos eſt.

Muſſitabas *Ib.* 1 5 86.

Cum ea muſſitabas? ſcibam. cur non dictum eſt mihi?

Ariſtophanes in Ranis ſimiliter expuliſſe videtur mediam vocalem in ἠνίκα.

Εχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα τὸν Δαρείου τὸν πυθεῶτον.

Penicillus *Pl. Rud.* 4 3 69.

Ego jam hic te itidem, quaſi penicillus novos exurgeri ſolet.

Poterit & eadem vocalis in ſulica excludi; niſi malis pedem Proceleuſmaticum.

Concubinam *Plaut. Merc.* 4 4 17.

Scitam hercle opinor ſatis concubinam hanc. non abis?

Ter. Eun. 3 1 40.

Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero.

Ruſtici, præſertim vetuſtiores, verba in tertia Conjugatione uſurparunt, quæ ſequens ætas ſecundæ tantum eſſe voluit. pro dolet igitur ſupponamus dolit, dolt: Gallis, il deult. ut a volit, volt: iiſdem & veult.

Studet, ſtudit, ſtut. *Id. Adelph.* 1 1 48.

Studet par referre: præſens abſenſque idem erit.

Stunt. *Id. Ib.* 5 7 2.

Stunt facere; in apparando conſumunt diem.

Sedent.

Sedent, ſeent *Id. Aul.* 4 9 6.

Qui veſtitu & creta occultant ſeſe, atque ſedent quaſi ſint frugi.

Videt. il voit *Plaut. Aul.* 4 1 7.

Si herum videt ſuperare amorem, hoc ſervi eſſe officium reor.

Amat, il aimet *Ter. Ad.* 1 2 38.

Amat? dabitur a me argentum: dum erit commodum

Facit, il faict *Id. Pſeud.* 1 3 9.

Nugæ iſthæc ſunt, non jucundum eſt niſi amans facit ſtulte. pergin?

Feci *Plaut. Curc.* 4 3 17.

Quid feciſti? quod mandaſti fieri, tui honoris gratia.

Tacet, il taiſt *Ter. Ad.* 4 5 5.

Tacet. cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt.

Conſulat quiſque ſuam ſibi linguam vernaculam; & in ea maxime formulas antiquitus receptas, ſalutandi, objurgandi, & reliqua agendi, quibus vita communis continetur, profecto reperiet alias vocales clarius, alias obſcurius ſonare: nonnullas adeo rapide efferri, ut auditum plane fugiant: nequis voces apud priſcos Latinos in hunc modum conciſas ceu portenta miretur, & averruncet. Fateor, ut quæque ætas diſertior fuit & politior, ita magis id operam dediſſe, quo ſingulæ voces inter eloquendum ad audientium aures integræ pervenirent. Sed in ruſticis & de plebe perſonis quibus manu victus quæritur, circa linguam minima ſollicitudo. quantum ſermonis familiaris ad operas indies exercendas requiritur, ſemper ſufficere viſum eſt.

Experiri *Plaut. Aſinar.* 1 3 94.

Dignos indignos adire, atque expriri certum eſt mihi. ſic

Opperiri *Cæcil. Fallac.*

Velim pauliſperte oppriri. quantiſper? non plus triduum.

Plaut. Truc. 4 2 40.

Expriri ſine imo. opprire. vis eſt experirier.

Periclum

Periclum *Plaut. Aſinar.* 3 1 27.

Ecaſtor nobis periclum magnum & familiæ portenditur.

Perii *Id. Rud.* 4 4 99.

Hoc habet: ſolutum eſt. ah! prii! video ciſtellam. hæccine eſt?
Id. Caſ. 2 6 55.

Fri malam tu illi rurſum. prii. pugnis cædor, Jupiter!

Diſperii *Id. Aul.* 2 3 65.

Diſpri. quid tibi eſt? Fiat. quid crepuit, quaſi ferrum, modo.

Perire *Id. Trin.* 3 2 34.

At opram prire meam ſic & te hæc dicta corde ſpernere.

Imperitum *Ibid.* 39.

Pernovi equidem, Lesbonice, impritum tuum ingenium admodum

Purpuſam *Id. Truc.* 2 6 58.

Etiamnum me vili pendit: ad id, purpram ex Sarra tibi.

Ferentani *Silius Ital.* 8.

Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.

Ferentarium *Id. Trin.* 2 4 55.

Frentarium eſſe amicum inventum intellego.

Feror, Differor *Plaut. Ciſtellar.* 2 1 5. (*tem.*

Exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior; ita nubilum men-

Ferebant *Id. Men.* 5 8 3.

Eripui homines, qui te frebant ſublimem quatuor.

Auferes *Id. Truc.* 4 4 23. (*verit.*

Si aufres puerum a Milite, omnis tum mihi ſpes animam efflа-

Efferendum *Plaut. Aul.* 3 6 32.

Loves effrendum. nam jam credo mortuus eſt.

Vereor *Pl. Merc.* 2 3 46.

Jam non vreor, ne illam me amare hic potuerit reſciſcere.

Verebamini

Verebamini *Terent. Phorm. 5 7 8.*

Quid ad me ibatis? ridiculum. vrebamini.

Veretur *Afrani. Simulante. Tui veretur: me ad te miſit oratum pater -- Tui vre -- Spondeus.*

Pacuv. Hermiona --Tyndareo.

Fieri contumeliam cujus a te vretur maxume.

Verecunde *Ennius Hecuba.*

Quæ tibi in concubio vrecunde & modice morem gerit.

Verecunditer *Ponponius Macco.*

Præteriens vidit Doſſennum in ludo vrecunditer.

Viros *Pl. Stich. 1 2 41.*

Vros noſtros, quibus tu voluiſti eſſe nos matres familias.

Verum *Plaut. Capt. 2 2 90.*

Vrum te quæſo ut æſtimatum mihi des, quem mittam ad patrem.

Vero *Id. Mil. Gl. 2 3 25.*

Tuum ſtultiloquium. qui vro dupliciter? id dicam tibi.

Heſiod. Op. & Dier. 2 158.

Ασκρη χεῖμα κακὴ, θέρε δ' ἀργαλέη, οὐδέποτ' ἐσθλή· Ita Camerar.

Fores *Q. Trabea.*

Fres patebunt: de improviſo Chryſis, ubi me aſpexerit.

Ter. Eun. 2 2 53.

Qui mihi nunc uno digitulo fres aperis fortunatus.

Plaut. Trin. 4 2 26.

Fres pultabo. ad noſtras ædis hic quidem habet rectam viam

Foras *Id. Stich. 4 2 17.*

Quid foras? fras hercle vero. qui, malum! tibi laſſo libet

Id. Pœn. 5 5 4.

Ipſe abiit fras; me reliquit pro atrienſi in ædibus.

Foras

Forum Id. Pſ. 4 2 132. (quor-

DI te perdant! ſequere ſis me ergo hac ad frum, ut ſolvam. Se-

Senex Ter. Phorm. 2 2 32.

Snex adeſt. vide quid agas: prima coitio eſt acerruma.

Pl. Rud. Pr. 35. Snex, qui huc Athenis exul venit, non malus.

Senem Plaut. Capt. 4 1 9.

Nunc ad ſnem curſum capeſſam hunc Hegionem, cui boni.

Senectutem Ib. 2 3 87.

Snectutem oblectet: reſpice ætatem tuam.

Statius Cæcilius. Hymnide.

Sine ſuam ſnectutem ducat uſque ad ſenium ſorbilo.

Senecta Plaut. Moſtellar. 1 3 60.

Dum tibi nunc hæc ætatula eſt. in ſnecta male querere.

Γέρον· γερόν. Homer. Il. ω 650.

Εκτορ μὲν δὴ λέξον, γερὸν φίλε, μή τις Αχαιῶν.

Penum Id. Capt. 4 1 4.

Pompam, pnum, potationes, ſaturitatem, gaudium.

Manum Gallice main mains. Id. Pſ. 3 2 71.

Mnum ſi protollet: pariter proferto manum.

Id. Mil. Gl. 2 3 54.

Tum mihi ſunt mnus inquinatæ. qui dum? quia ludo luto.

Ibid. 5 35.

Res eſt. non mitto. at mihi jam crepabunt mnus, malæ tibi.

Id. Merc. 3 4 43. (manu eſt.

Quin tibi in mnu eſt quod credas, ego quod dicam id mihi mea in

Id. Bacch. 1 1 54. (cebroſiu' ſt.

Mnum da & ſequere: Aha! minuene. quid ita? quia iſthoc ille

Bonam Id. Perſa. 4 5 4.

Bnam vitam feci: fateor habere gratiam.

Id. Truc. 2 4 75.

Sic facito; quicquid autem erit bni consulas.

Id. Pœn. 3 5 42.

Qui ſiquid b ni promittunt pro ſpiſſo evenit.

Id. Perſ. 4 4 93.

Hæc erit bno genere nata; nihil ſcit, niſi verum loqui.

Id. Merc. 3 4 36.

Bnum ſodalem? quid me facere vis? idem quod me vides.

Id. Stich. 1 2 42.

Bnas ut aquom eſt facere facitis, cum tamen abſentes viros.

Scaurus de Orthographia. b. præjicitur in literis d. l. n. r. nulli alii conſonanti.

Bene *Id. Moſt.* 1 3 29.

Equidem pol miror tam catam, tam doctam te, & bne eductam,

Id. Pœn. 5 2 108.

Pol iſtam rem vobis bne eveniſſe gaudeo.

Id. Curc. 5 3 20.

Bne & pudice me domi habuit. haud voluntate id ſua.

Ter. Heaut. 4 5 50.

Omnes in lauta te, & bne aucta parti putant

Malum! *v. Sup. foras.*

Quid foras? fras hercle vero. qui mlum! tibi laſſo libet.

Id. Moſt. 2 1 2. *(cubas.*

Quid ego ago? nam quid tu, mlum! me rogitas, quid agas? ac-

Id. Bacchid. 4 4 45.

Quam, mlum! facile, quem mendaci prehendit manifeſtum modo?

Id. Pſ. 1 3 5. *(rum.*

Mittam hodie huic, ſuo die natali, mlam rem magnam & matu-

Pater

Pater Gallice Pere *Plaut. Bacch.* 3 6 3.

Sed veniam mihi quam gravate pater dedit de Chryſalo.

Id. Trin. 2 2 35.

Neu tibi ægritudinem, pater, parerem parſi ſedulo. (*nevolt.*

80. *Ne opprobra, pater, multa eveniunt homini quæ volt, quæ*

Ter. Phorm. 4 2 11.

Pater venit. ſed quid pertimui autem? Bellua.

Soror. Hirritum tollas è medio Soor Gall. Soeur *Ter. Eun.* 1 2 77.

Soror dicta eſt: cupio abducere ut reddam ſuis.

Ita quidem plerique Mſſ. noſtri; etiam Cod. Bembinus ſpectatiſſimæ fidei: nec aliter edidit Lindebrogius cujus fides & diligentia ad Cenſoris Leydenſis in re metrica peritiam, noſtris quidem ponderibus examinata, non elevabitur. Mihi, fateor, latere videtur in hac voce ſic conciſa ut Sor pro Soror dicatur, multum venuſtatis. Puellaris in familiari colloquio ſimplicitas & blandiens mollities in publicum vulgata, ridiculo multum inſervit. Subjungam ex nobiliſſimo vet. Comœdiæ ſcriptore diminutionem Proprii Nominis pariter facilem & ſuavem; utpote ex domeſticis congreſſibus natam. quibus autem indiciis neceſſario colligatur, haud ex facili percipiet, qui Ariſtophanis in numeris ad unguem exigendis diligentiam & ſeveritatem non ante multa aſſuetudine probe perſpectam habuerit, & inter legendum ad metri Comici leges animum acriter adverterit. Ariſtophanes Theſmophoriazuſis.

Εγένετ' Μεναλίππας πιῶν, φαίδρας τε Πλειλόπλω δὲ
Τῶν νῦν γυναικῶν Πλειλόπλω· φαίδρας δ' ἀπαξαπάσας.

Utrobique Πηλόπλω legendum fidenter aſſero. quamvis enim Anapæſtus Senarium ingrediatur, quod ipſum tamen rarius in locis imparibus fit; non memini apud Græcos, nedum Ariſtophanem, incidiſſe in Tetrametrum Catalecticum Iambicum claudum, nempe cujus pes, qui ſyllabam longam in quam deponitur, antecedat, merus Iambus non ſit. nec in tome Dimetra ſeu biſegmento Tetrametri ſecus ſe habere offendiſſe memini. Propria hominum nomina novimus tam ſervis, quam

liberis esse communia. syllabarum autem multitudinem in servili nomine præfestina dominorum imperia præcidunt. unde. vilitas quædam adhæret ipsi Nomini, quæ altioris conditionis hominibus retro communicata risum movet. Mitto quod ipsi nobiles dum in patria potestate sunt, familiari compellatione citati parentum imperiis assuescunt. Hinc remedium quæro Homerico Πηνελάοιο ἄνακτος.

Sudant hic metrici in concinnandis numeris Λαὸς: necessario producit priorem. non Sophocles in Αρχέλαος, nec Parthenius in Αρχέλαις eam syllabam corripere sibi licere voluerunt. cum pace igitur Hephæstionis Πηνελάοιο valebit Πηλλάοιο per Syncopen cum Euphonia.

Pedes Gall. Pieds. *Novius Quæstione.*

Mammas teneas: pedes attollas: suavies. congenicules.

Plaut. Mil. Gl. 3 1 36.

Clare oculis video, pernix sum manibus, sum pedes mobilis.

Compedes *Pl. Pers.* 2 3 17.

Verberibus cædi jusserit, compedes imponi: vapulet.

Fide Gall. Foy, Lusitanice Fe. *Id. Pers.* 2 2 45.

Fide data credamus; novi, omnes lenæ sunt levifidæ.

k. Kaput. priscis. Caput. caupt. Teutonice Haupt. Kopff.

Titin. Fullonib. Ei caput defringam

Plaut. Curc. 2 3 81.

Caput deponit: condormiscit. ego ei subduco annulum.

Id. Merc. 1 2 42.

Caput tibi faciam, paucos cis menses. palpo percutis

Advertendum diligenter, Neutiquam reperiri scriptum in Corp. jur. Civ. ne utiquam. quamvis igitur diphthongum videas in vers. seq. cave Syncopen supponas: prioris vocalis elisio est. N'utiquam *Ter. Heaut.* 2 3 16.

Quapropter hæc res neutiquam neglectu est mihi.

Id. Hec. 1 2 15. *Usq; illud visum est Pamphilo neutiquam grave.*

Plaut.

Pl. Pœn. 1 1 75. *Sine damno magno quæ elui neutiquam poteſt.*

Id. Capt. 3 4 54. *--id neutiquam mihi placet.*

Ter. Andr. 2 1 39.

Ego, Charine, neutiquam officium liberi eſſe hominis puto.

Huc fere redit, quod de Creticis, Bacchiis, Antibacchiis, & Pæonibus pedibus inæqualium cum Spondeo temporum, an in Senarium prorſus admitti poſſint inter nuperos Grammaticos hinc illinc prolixe diſceptatum eſt. Alia remedia ſunt ad manum. Quoties animus affectibus concitatior in liberam orationem ſe erumpit, agmini verborum cum impetu torrentium nihil obſtat. trudit, pellit, commiſcet; vocales, conſonantes. Fateor vocalem natura longam, aut acutam ſyllabam non facile ſupprimi. aliter de iis ſentiendum quæ poſitione tantum producuntur. quas literas in ſoluta oratione priſci expreſſerint, quas oppreſſerint: quas ſyllabas quo accentu notaverint, nos hodie latet. niſi quod cum reperiamus dixti, ſcripſti, juſti: non levis ſuboriatur ſuſpicio veteres L. L. autores in dixiſti, ſcripſiſti, juſſiſti antepenultimam acuiſſe. ſecus quam fert hodiernus loquendi uſus; quomodo, Æoles quorum Latini veſtigiis inſiſtunt. ſic vixet, arguit vixiſſet ejuſdem tenoris fuiſſe: dixe, juſſe quoque & ſcripſe indicio ſunt dixiſſe juſſiſſe ſcripſiſſe tonum in principe ſyllaba geſtaſſe acutum. Videamus adoleſcentem in Plauti Ciſtellaria, quem in modum amoris œſtro percitus dequeratur. Æſtuantis animi impetus verſum per crebros obices rapit: altius enim inſurgens, obvia quæque rejectat, & moras indignatur. Voces hic complures plene ſcriptæ, inter proferendum obruuntur; ut fiat Octonarius curtus Hipponactius.

Exanimor, f'ror, diff'ror, diſtr'or, dir'pior; ita nub'lam mentem.

Ne tu ſperes Creticum hic, aut Pæonas in Trochaico genere vel Iambico reperiſſe; repugnantibus veteribus Grammaticis; neu Mſſ. Codicibus invitis, ad verborum mutationes aut trajectiones confugias; cum res aliter fortaſſis explicari poſſit ſatis commode. Porro operæ pretium erit notare quid circa voces extremas animadverſione dignum occurrerit.

CAP. XIII.

Apocope.

USUS loquendi nonnullis vocibus, dum raptim efferuntur, ultimam vocalem per APOCOPEN detraxit. Patet hoc in Subſtantivis ex adjectivis Neutralibus in al & ar; ut capitale (vinculum) capital.

Horat. Sat. 2 3.

Faſciolas, cubital, focalia. Voſſio impoſuit pſeudetymon.

Focalia deducit à foco. atqui à faucibus derivatum oportuit. quomodo præfoco & ſuffoco, cum angere ſignificant penult. long. Fauces palliolo obvoluti incedebant, qui ſibi metuebant a frigore. Laqueare (tectum) laquear. ſimiliter veteribus volupe, volup. & in adverbiis ex ejuſmodi Adjectivis; Perfacile, perfacul; Paulus Feſti abbreviator. Facile, facul; Difficile, difficul. *Varro, Bimargo.*

Quod utrum ſit magnum an parvum, facile an difficul.

Patet item in Nominibus lacte, lac: ſale, ſal. In Pronomine Relativo inflectendo veteres dixerunt Qui quæ quo; ut Græci ὅς ἥ ὅ. ſed neutrum ex ſequentis ſeculi conſuetudine d finalis attractivum erat.

Afranius Promo. Ut ſcire poſſis adquo te expediat loqui.

Id. Privigno. Ni tantum amarem talem tam merito patrem.

Iratus eſſem ad quo liceret --- ut nos hodieque inverſe, quoad. hinc factum eſt ut in *quod* litera finalis ex uſu hodiernæ loquutionis adſcribatur; inter legendum autem omitti debere paſſim apud Terentium & Plautum ratio verſuum, ſi diligenter attendas, dubitare non patitur.

Plaut. Trin. 2 4 81.

De honore populi. verum quod ad ventrem attinet.

Id. Capt. 2 3 3. *Tuo veteri domino, quod is velit fideliter.*

Ib.

Ibid. 1 47.

Quod antehac, pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem.

Id. Men. 3 3 7.

Scin quod hoc sit spinther? nescio, nisi aureum.

Id. Asinar. 1 1 112.

Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam?

Ter. Ad. 2 2 28.

Jamne enumerasti quod ad te rediturum putas?

Id. Heaut. 2 3 97.

Mane. habeo aliud; si istud metuis, quod ambo confiteamini.

Plaut. Asin. 3 3 81.

Quidvis egestas imperat: fricentur; da nunc quod oro.

Id. Curc. 5 1 15. (nem?

Quod argentum? quas tu mihi tricas narras? quam tu virgi-

Ib. 1 3 2.

Ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium.

Id. Mil. Gl. 3 1 18.

Sed volo scire eodem consilio quod intus meditati sumus.

Ibid. 4 2 1.

Sed ita, quod occœpi narrare vobis, cum hic non affui.

Id. Trin. 4 2 122.

Vel trecentis. Haben' tu id aurum, quod accepisti a Charmide?

Ibid. 127.

Quod à me te accepisse fassus. abs te accepisse? ita loquor,

Attius, Bruto. (teram

Perpropinquam. hæc bene verruncent populo! nam quod ad dex-

Pl. Merc. 2 1 32.

Postquam hic, id, quod volui, transegi atque ego conspicor.

Cæcil.

Cæcil. Emporo.

Audire, ignoti quod imperant, ſoleo, non auſcultare.

Quid; Que *Plaut. Pœn.* 4 2 59. Gall.

Quid ergo dubitas, quin libenter tuo hero meus quod poſſiet.

Id. Men. 5 4 1.

Quid eſſet illi morbi dixeras, narra ſenex.

Id. Pſ. 4 2 35.

Sed quid agit is? quod homo edepol fortis, atque bellator probus.

Id. Trin. 2 2 37.

Quid exprobras? bene quod feciſti, tibi feciſti, non mihi.

Apud, in omnibus dramaticis vett. extrita ultima ubique legitur.

Ter. Heaut. 4 6 17.

Tua Bacchis. Apud nos. Non. ubi ergo? Apud Cliniam.

Ibid. 2 3 87.

Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu ut ſiet, copia eſt.

Plaut. Curc. 4 4 8. *(dem.*

Sed quid agit meum mercimonium apud te? Nihil apud me qui-

Nævius.

Cujus facta viva nunc vigent: qui apud gentes ſolus præſtat.

Gruterus in vett. Inſcriptionib. Pag. 208. Apueme.

Ter. Eun. 1 2 72.

Apud me habere. nihil mihi reſpondes? Peſſuma.

Cenſor Leydenſis recidit, mihi; cum detrimento venuſtatis redditur enim verſ. ſequ. Egon' quicquam cum iſtis factis tibi reſpondeam? in Encliticis ne ve que decurtatio extremæ vocalis frequentiſſime uſurpatur, etiam ubi vocalis non ſequitur. idem accidit in particularum productionibus pe, te. Atque, ac; Neque nec; ſive, ſeu; neve, neu; aiſne? ain'; ſciſne? ſcin? ſunt in uſu quotidiano, & alteris quibuſque paginis inter legen-

dum

dum occurrunt. de quibus nihil addo: nisi quod hæ voces ut & aliæ quarum non paucæ hoc ipso capitulo continentur, non raro integræ scribantur, cum legi debeant imminutæ.

Sive, seu *Plaut. Pseud.* 1 5 27.

Si sumus compecti, sive consilium unquam inivimus.

Sive profertur seu; inivimus, iniimus; si tendas Senarium.

Id. Amph. Prol. 71.

Sive qui ipsi ambissent, seu per internunsium

Ter. And. 1 3 11.

Sive ista uxor sive amica est, gravida è Pamphilo est.

Seu 'mica est; si pronuncies. in pari causa sunt sequentia.

Nive, neu *Id. Rud.* 3 4 10.

Nive te in carcerem compingi est æquom, ætatemque ibi.

Quive, queu *Id. Amph. Prol.* 84.

Quive, quo placeret alter, fecisset minus

Idn' *Plaut. Pseud.* 1 5 27. *Idne tu miraris si patrissat filius?*

Ter. Eun. 1 2 82. *Ego idne timeo? quid te ergo aliud solicitat? cedo.*

Edit. Lugd. juxta pejoris commatis imp. excludit, aliud. caput gravius in præcedentem reclinat. Vulg. Egon' id MS. C. C. C. Ego idne. signantius.

Quodn' *Id. Curc.* 5 3 27.

Quodne promisti? qua promisi lingua, eadem nunc nego.

Licetn' *Ter. Hec.* 5 4 3.

Here licetne me scire ex te hodie, quid sit, quod feci, boni?

Juben' penult. vocali exclusa ut & in seq. *Plaut. Amph.* 3 2 48.

Juben' mi ire comites? Sanan es? Si non jubes.

Id. Mil. Gl. 2 3 44.

Juben' tibi oculos effodiri, quibus id, quod nusquam est, vides?

Ter. Eun. 2 3 97.

Culpam in me. Non faciam. Juben? Jubeo: imo cogo, atque impero

Cenſor Leydenſis deteriores ſequutus Impreſſ. Codd. quod non attendit ad hanc Apocopen contra fidem Mſſ. particulam, imo, gradationis indicem i. e. nervos ſententiæ ſuccidit.

Haben *Id. Trin.* 4 2 122.

Vel trecentis. Haben tu id aurum, quod accepiſtia Charmide?

Ter. Eun. 4 4 7.

Haben' hominem, amabo? quidni habeam? O factum bene.

Datin *Plaut. Truc.* 2 8 1.

Datin' ſoleas? atque me intro actutum ducite. an, *ducitis?*

Itan' *Ter. Heaut.* 3 1 97.

Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium?

Id. Ph. 2 3 66.

Itan' tandem quæſo? itidem ut meretricem, ubi abuſus ſies.

Satin *Ter. And.* 4 4 10.

Satin' ſanu's qui me id rogites? quem ego igitur rogem.

Id. Heaut. 5 2 33.

Satin' ſanus'? ego dicam quid mihi in mentem eſt: tu dijudica:

Plaut. Ciſt. 1 3 2.

Satin' vix reliquit Deo, quod loqueretur, loci?

Dediſtin' *Plaut. Trin.* 1 2 92.

Dediſtin' hoc pacto ei gladium qui ſe occideret?

Dixtin' *Ter. Heaut.* 4 7 2.

Quid rei eſſet dixtin huic? dixi pleraque omnia.

Vidiſtin' *Pl. Merc.* 5 2 62.

Sed qui ego iſthuc credam? vidiſtin'? an de audito nuncias?

Audiſtin

Audiſtin *Id. Ibid.* 4 3 6.

O mi Syre audiſtin' obſecro? quidni, qui uſque una affuerim?

Plaut. Mil. Glor. 4 8 3.

Qui a matre & ſorore venit. video. audiſtin, Palæſtrio

Modon' *Ter. Heaut.* 4 5 26.

Hanc ſe cupere uxorem. modon' quæ inventa eſt? eam.

Atq; monoſyllab. ac *Turpilius Lemniis.*

Neque durare poſſunt, ita hujus inſcitia atque dementia.

L. poſſum. atque valet ac. Illa forſitan inſolentius amputata.

Mulieremq; *Plaut. Pſ.* 4 2 37.

Atque accipere argentum affatum, mulieremque mihi emittere.

Gutturq; *Id. Capt.* 3 1 8.

Itaque venter gutturque reſident eſuriales ferias.

Saxumq; *Id. Ib.* 4 84.

Nunc ego inter ſacrum ſaxumque ſto. nec, quid faciam, ſcio.

Quodq; *Id. Mil. Gl.* 2 6 28.

Quodque concubinam herilem inſimulare auſus es.

Unumquodq; *Id. Aſinar.* 2 2 60.

Placide ergo unumquodque derogita, ut acquieſcam. non vides

Id. Trin. 4 2 39.

Sin unumquodque ſingillatim & placide percontabere.

Ita legerim. nam & Latinius dici videtur & verſum concinnat.

Perq; *Id. Pœn.* 1 3 10.

Perque meos amores, perque Adelphaſium meum.

Pacuv. Chryſe. (gat.

Perque noſtram egregiam unanimitatem, quam memoria deju-

Iambus eſt Octonarius ſeu quadratus.

Fortunaſq; *Ennius.*

Fortunaſque quas cœpere latrones Inter ſe memorare.

Ferorq; *Attius Meleagro.*

Heu! cor ira fervit cæcum amentia rapior ferorque.

Neq; nec; latine protritum: rarius apud Græcos occurrit. μηδὲ μηδ' Ariſtophanes Equitib. Μηδ' Θύμαυτιν ἀνίεσιν αὖ.

Sæpe, ſæp. *Nævius* apud *Gell.* 6 8.

Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſe.

Cujus facta viva nunc vigent, qui apud gentes ſolus præſtat,

Eum ſuus pater cum pallio uno ab amica abduxit.

Quippe, nempe, particulæ modo Ætiologicæ, modo Ironicæ, ultimæ ſyllabæ jacturam apud priſcos non raro faciunt.

Quipp' *Terentius Heaut.* 3 2 27.

Ego vero laudo. Recte ſane. quippe quia

Plaut. Amph. 2 2 113. (*mam.*

An etiam id tu ſcis? quippe quæ ex te audivi; ut urbem maxu-

Id. Aſinar. 1 1 51.

Quippe qui magi 'amico utantur gnato & benevolo.

Nemp' *Terent. Phorm.* 2 1 77.

Nempe Phormionem iſtum patronum mulieris.

Plaut. Aul. 2 4 15.

Nempe ſicut dicis. quid? hic non poterat de ſuo.

Id. Bacch. 2 2 11.

Rogabis me ubi ſit. Vivit. nempe recte valet.

Id. Caſ. 3 4 9.

Quin tu ſuſpendis te. nempe tu te dixeras.

Id. Epid. 3 4 13.

Ego ſum, ſiquid vis. nempe quem in adoleſcentia.

Id.

Id. Trin. 2 4 25.

Nempe quas ſpopondi. imo quas dependi, inquito.

Ibid. 2 2 47.

Bene volo ego illi facere ſi tu non nevis. nempe de tuo.

Id. Mil. Gl. 2 3 6.

Nempe tu iſthic ais eſſe herilem concubinam. atque arguo.

Ibid. 3 3 32.

Nempe ludificari Militem tuum herum vis. eloquuta es.

Ibid. 48.

Nempe tu noviſti Militem meum herum? Rogare mirum eſt.

Id. Pſ. 1 3 119.

Fateor. nempe conceptis verbis. etiam conſultis quoque

Ibid. 4 7 73.

Sequere. quid ais? nempe tu illius ſervos es planiſſume.

Ibid. 92.

Meo peculio empta. nempe quod femina ſumma ſuſtinent.

Id. Rud. 2 3 13.

Nempe rem divinam fecit hic. Quid ſomnias, amabo?

Ibid. 2 7 7.

Nempe meæ. Nempe neſcio iſthuc. Qua ſunt facie? ſcitula.

Ibid. 4 4 36.

Nempe tu hanc dicis quam eſſe ajebas dudum popularem meam.

Ibid. 5 3 36.

Bene merenti bene referre gratiam. nempe pro copia.

Id. Truc. 2 4 7.

Nempe tu eris hodie mecum mea Phroneſium.

Pacuv. Hermiona.

Nauſragio nempe res iſta contigit. ergo haud fortuna obtigit.

Antequam *Pl. Mil. Gl.* 5 31.

Verberon' etiam antequam amittis? mitis sum equidem fustibus.

Tute *Plaut. Trin.* 2 2 105.

Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas; Eccere.

Id. Mil. Gl. 2 3 11.

Quod id est facinus? impudicum. tute scis soli te tibi.

Tuten' *Ibid.* 2 3 19.

Profecte vidi. tuten? egomet duobus his oculis meis.

Hæc raptim pronuncianda nonnunquam explicate scribuntur: quemadmodum apud Græcos reperias.

Aristoph. Pluto. Πειρᾶ μὲν οὖν ἴσως σε· κᾆτα τῶ τιτθίων.

Ib. Αναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, κᾆτα λιπών.

Id. Nubib. Κᾆτα κρημναμεναι πλήρεις ὀμβρου δι' ἀνάγκην· εἶτα βαρεῖας.

Nam ut ex Κατὰ τῶ· κατῶν. καταλιπὼν· καλλιπών. Κατακρημνάμεναι· κακκρημνάμεναι dicitur; pari ratione ex κᾆτα τῶ· κἀτῶν· κᾆτα λιπὼν· κἀλλιπών· κᾆτα κρημνάμεναι· κἀκκρημνάμεναι in versibus supra positis enunciari oportere mihi facile persuaserim.

Id. Ranis. Ποῦ μοι τοδί; τίς τοῦτ' ἔλαβε; q. d. τίς τοὔλλαβε.

Hisce *Plaut. Trucul.* 2 8 8.

Ut ego hisce suffringam talos totis ædibus.

Extrema pariter vocali multantur Forte, Fortasse, Pone, Hercle.

Forte *Plaut. Asinar.* 4 1 49.

Forte si tussire occepsit, ne sic tussiat.

Id. Pœn. 1 2 86.

Erit cordolium siquam ornatam melius forte conspexeris.

Fortasse *Ter. Heaut.* 4 3 37.

Tu fortasse quid me fiat parvi pendis dum illi consulas.

Pone *Id. Ph.* 5 6 23.

Pone me apprehendit pallio: resupinat. respicio, rogo.

Leydensis

Leydenſis omittit me.

Hercle *Pl. Moſt.* 1 1 72.

Ne tu erres hercle præter hac mihi non facies moram:

Id. Pœn. 3 2 11.

DI te perdant! vos quidem hercle commendo, quom quiqui tamen

Id. Trin. 2 6 54.

Hercle ſi ingratum eſt donum, cedo tu mihi iſtam, puere, perulam.

Exinde, deinde, proinde; exin, dein, proin fieri etiam pueris ſub ferula merentibus notum. ſimplici autem verbo & aliis ejus compoſitis idem accidere non omnibus item compertum.

Inde, in. Gallice en *Ter. Pherm.* 4 3 76.

Inde ſumam. uxori, tibi opus eſſe, dixero.

Quæ eſt lectio Cod. Bembini, longeque commodior. Poſſit, ut fateor, cum ſuperiori verſu copulari; ſed nihil neceſſe eſt eo recurrere.

Plaut. Pœn. Prol. 2.

Inde mihi principium capiam ex ea Tragœdia.

Ib. 5 3 34. *Inde porro ad puteum atque ad robuſtum codicem.*

Ib. 3 3 52. *Inde nunc aufugit, quoniam capitur oppidum.*

Id. Aul. 2 7 4. *Inde cellam ſurſum ſubducemus corbulis.*

Id. Capt. 1 2 25. *Inde me continuo recipiam rurſum domum.*

Plaut. Pœn. 4 2 80.

Ibidem gnatus: inde ſurreptus fere ſexennis. poſtibi

Id. Amph. 1 1 4.

Inde cras è promptuaria cella depromar ad ſtagrum.

Id. Aul. 4 6 13.

Indeque obſervabo aurum ubi abſtrudat ſenex.

Ibid. 8 7.

Indeque expectabam ubi aurum abſtrudebat ſenex.

Id.

Perinde; perin *Id. Stich.* 1 2 43.

Perinde habetis quasi præsentes sint. Pudicitia est pater.

Proinde; proin *Ter. Phorm.* 4 3 63.

Sexcentas proinde potius scribito mihi jam dicas.

Censor Leydensis omittit, potius. Eandem imminutionem,

Unde, patitur. *Plaut. Pœn. Prol.* 109.

Unde sit? cujatis? captane an surrepta sit?

Id. Persa. 1 3 70.

Qui sibi parentes fuerint, unde surrepta sit.

Id. Most. 1 3 2.

Nec unde me melius, mea Scapha, rear esse defæcatam.

Quomodo Taubmannus & vett. Codd. Gronovius, quom, edidit.

Id. Cistell. 2 3 19. *Unde tibi talenta magna viginti pater.*

Id. Trin. 1 2 181.

Unde quidque auditum dicant, nisi id appareat.

Placeat, per me licebit, Taubmanno illud *quidquid.* in Mss. offenderat. quasi vero librarii, sciola natio, non multa passim peccaverint: aut alibi magis, quam dum Quisquis à Quisq; non satis accurate distinguunt. reperit tamen cur Pareum laceret.

Id. Mil. Gl. 3 1 93.

Quæ mihi nunquam dicat, Eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium

Simul. Siml. ut ab insimul Gall. ensemble.

Plaut. Aulular. 9 4 32.

Simul radebat pedibus terram, & voce crocibat sua.

Turpil. Philopatro.

Simul circumspectat. ubi, præter se, neminem.

Afran. Auctione.

Simul limen intrabo; illi extrabunt illico.

Plaut.

Plaut. Mil. Gl. 4 4 1.

Sequimini. simul circumspicite, nequis adsit arbiter.

Ter. Eun. 2 2 10.

Simul consilium cum re amisti? viden' me ex eodem ortum loco?

Id. Heaut. 4 5 55.

Et simul conficiam facilius ego quod volo.

Id. Hec. 4 1 60.

Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat diutius.

Tibi. ti. *Ter. Ph.* 2 3 92.

Dicam tibi impingam grandem. dixi, Demipho.

Plaut. Bacchid. 2 2 10.

Salutem tibi ab sodali solidam nuncio.

Modo, mo *Ter. And.* 2 4 6.

Modo ut possim, Dave. Crede, inquam, hoc mihi, Pamphile.

Plaut. Stich. 4 1 29.

Deos salutatum atque uxorem modo intro devertor domum.

Id. Trin. 2 4 89.

Ego isti non munus mittam? jam modo ex hoc loco.

V. Quid tibi huc. Quid tibi interpellatio. pag. 21.

Tamen. Tam. idem valent. Tamenetsi. Tametsi. T' etsi

Plaut. Persa.

Tamenetsi id futurum non est, ubi captum est flagrum.

Ter. Adelph. 1 2 65.

Tamen vix humane patitur. verum si augeam.

Plaut. Rud. 5 2 63.

Tamen fiet, etsi tu fidem servaveris.

Id. Men. 1 7 16.

Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit.

Terent. 5 2 50.

Tamenetsi pater. Quid? ah! volet, certè scio.

Afran. Epistola.

Quanquam isthæc malitiosa non tam calleo,
Tamen non fefellit.

Pacuvius Epitaphio.

Adolescens, tamenetsi properas, te hoc saxum rogat.

Plaut. Cas. 2 6 69.

Intro abi, & quanquam hoc tibi ægre est, tamen fac accures. licet

Ita Taubmannus. Gronovius aliter digessit ut voci, tamen, tanquam dissyllabæ locum vacuefaceret. ex conjectura, ut opinor, magis quam libros vetustos secutus.

Id. Capt. 2 2 47.

Quæ tamen scito scire me ex hoc: fecit officium hic suum.

Id. Mil. Gl. 4 8 45.

Quam me. tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium.

Id. Rud. 4 6 6.

Ubi ubi erit, tamen jam investigabo, & mecum adducam simul.

Id. Sticho. 4 3 6.

Inter illud tamen negotium meis curavi amicis.

Id. Trin. 3 2 53.

Facile est inventu: datur ignis, tamen etsi ab inimico petas.

Id. Rud 5 2 24.

Quid refert, qui perit? tamen si non hoc, alia fabulemur.

Id. Asinar. 2 4 8.

Nunc demum tamen nunquam hinc feres argenti nummum nisi me.

Ter. Heaut. 2 3 21.

Quod tamen nunc faciam, tum cum gratum mihi esse potuit, nolui.

Id.

Id. Eun. 2 3 24.

Tamenetsi bona est natura, reddunt curatura junctum.

Id. Hec. 5 4 34.

Aut quid isthuc est quod vos agitis? Non licet. Tamen suspicor.

Id. Ph. 5 3 8.

Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina. Hui!

Pl. Pœn. 1 2 7. (*manus.*

Deos quoque edepol & amo & metuo, quibus ego tamen abstineo

Id. Rud. 2 3 53.

Tamen surripiuntur. quippe qui, quemillorum observet, falsu'st.

Id. Trin. 1 2 172.

Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt.

Lucil. 27.

Si tamen non ad te hoc redibit, hoc carebis commodo.

Lucret. 4 429.

Longe tamen parte ab summa cum tota videtur.

Mariangelo versus à Dactylo principium capere videtur: sed postulatum de adverbio istius figuræ in ultima syllaba corripiendo audacius est, quam quod concedas, cum aliter numeros secundum receptam consuetudinem integros præstare possis.

Terent. And. 5 3 23.

Attamen Simo audi. Ego audiam? quid ego audiam?

Ita clare legitur in 3. Mss. Codd. probi commatis. At tandem, in 6. aliis quod nostræ lectioni quodammodo favet. nec necessario eo confugiendum, ut princeps syllaba in superiorem versum redundet: quamvis nec ejus subsidii desit copia, quin potius finalis syllaba subsidat. Censor Leydensis vocem simplicem adhibere minus impeditum censuit.

Plaut. Menæchm. 2 1 8.

Veruntamen nequeo continere, quin loquar.

Id. Mil. Gl. 2 6 120.

Veruntamen de me quicquid eſt, ibo hinc domum.

Feſtus: At antiqui *tam* etiam pro *tamen* uſi ſunt. is Verrium ſequutus, ut eum Paullus Diaconus. Donati ſcholion eſt ad Terentium Adelph. 2 4 14. ne tam quidem. Tam pro tantum an Tam pro tamen? ſcribitur plenum; auditur conciſum. ſequente vero etſi etiam exteritur m. cum vocali. nec audio Duzam utrumque, cum Voſſio A. G. 2. reponentem in Luciliano Quo me habeam pacto, tametſi non quæris, docebo. pro tametſi non, tamenetſi haut. *Eunius Achille.*

Nam conſiliis obvarant quibus tam concedit hic ordo.

Plaut. Men. 2 3 36.

Eamus intro, ut prandeamus. bene vocas: tam gratia eſt.

Interpretes rectè obſervant, formulam hanc eſſe vocanti ad cœnam bellè negandi. Sed Lambinus, cum Jam ſubſtitueret, parum capiebat, aut certe non advertebat omnino *Tam* apud vetuſtiores, ut hoc ipſo in loco, valere *tamen*.

Heusing. ad Cic. 1. 24. ep. 8.

Enim *Ter. Phorm.* 5 7 90.

Enim ſolus nequeo: accurre huc. una injuria eſt

Leydenſis Edit. *Etenim ſolus nequeo* nec in contextu tantum, verum etiam in Donati commentariis. ubi intra ſpatium unius brevis annotatiunculæ ter corrupit cum voce ſententiam. in Donato MS. Coll. Lincoln. Oxoniæ diſertè legitur. [*Enim ſolus nequeo. Enim* pro *at* poſuit, ut turbatum oſtenderet. ſic alibi *Enim non ſinam.*] innuitur locus Adelph. 2 1 14. ubi eadem editio paulo aliter interpolavit Donati notulam. *At* [*enim non ſinam. Enim* inceptiva particula apud veteres fuit. ſed & convenit perturbationi.]quo ex male intellecta altera, quam ſuperius poſui, annotatione interpolatores, *at*, iinfulſerunt, quod cum ipſius notæ mente pugnat omnino. MS. vero Linc. utrobique ſecum conſentit. omittit enim *at* irreptitium.

Plaut.

Plaut. Caſ. 3 1 11.

Meminero. bem! nunc enim te demum nullum ſcitum ſcitiu'ſt.

Id. Pſeud. 1 1 29. *Lege, vel tabellas redde. imo enim pellegam.*

Enimvero *Ibid.* 44.

In jus? Enimvero ſi porro eſſe odio pergitis.

Verſus principalis vox cum ſuperiori connectitur.

Plaut. Amph. 2 2 146.

Enimvero illud, præter alia mira, miror maxume.

Quidem ultima pariter liqueſcente.

Plaut. Pſeud. 1 1 28.

Nam has quidem Gallina ſcripſit. odioſus mihi es.

Ibid. 23. *Has quidem, pol, credo, niſi Sibylla legerit.*

Ter. Heaut. 2 4 16.

Neſcio alias: me quidem ſemper ſcio feciſſe ſedulo.

Plaut. Rud. 3 1 3. *Ne dormientes quidem ſinunt quieſcere,*

Et quidem, quod quidem ſcripta reperiuntur Equidem, quoquidem. ſiquidem corripit, primam; ut infra patebit.

Sed *Ib.* 4 1 4. *Sed uxor ſceleſta me omnibus ſervat modis.*

Ib. 13. *Sed ad prandium uxor me vocat. redeo domum.*

In, i' *Plaut. Pœn.* 4 2 82.

Is in divitias homo adoptavit hunc, cum diem obiit ſuum.

Id. Rud. 4 4 118.

Perge te obſecro continuo: placide: aut ite in malam crucem.

Ter. Hec. 5 4 11.

Nam, neque in nuncio, neque in me ipſo tibi boni quid ſit, ſcio.

Lucil. 27.

Re in ſecunda attollere animos, & in mala demittere.

Angli ſimiliter i' the Country, City, &c.

Εν pariter ult. abjecta. *Arist. Plut.*. 2 5 42.

Οὔτ' ἐν τάπησιν· τίς γὰρ ὑφαίνειν ἐθελήσει, χρυσίου γ' ὄντος;

Quin. qui *Plaut. Amph.*

Non causam dico: verum quin insimules probri.

Sic Atqui, atquin, Arnobio. Πάλιν, πάλι.

Aristoph. Avib. Ἀτὰρ τὸ δεῖν' ἐπανάκρουσαι πάλιν· φέρ' ἴδω.

Infinitivis vocalem aliquando abscindi notandum.

Insanir' *Plaut. Men.* 5 5 18.

Jam hercle occeptat insanire primulum. quin tu me interrogas.

7 56. *Socer & medicus me insanire dicebant. quid sit? mira sunt.*

Ir' *Ter. Phorm.* 5 8 37.

Exequias Chremeti; quibus est commodum, ire jam tempus est.

Abir' *Plaut. Pœn.* 1 2 160.

Quin abire sinis. quid vis tibi? qui bene volunt, bene vos item?

Imperativis finalem detrahunt, mitto Dic, duc, fac, fer.

Catullus. 24 *Inger mi calices amariores.*

Φέρβε, φέρβ'. *Callimach. Hymn. in Cer.* 137.

Φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα. φέρε στάχυν· οἶσε θερισμόν.

Tanaquillus Faber, Christiani repertum præcipientis legere Φέρε μᾶλα, merito explodit. quod autem ipse remedii loco præscribit, ut penult. in Φέρβε corripias, licet ille multis exemplis probari posse confidat, nullus obtempero. simplicissima solutio est, ut ult. Imperat. abscindas. mandata præcidere imperiosum est: ut dictum factum intelligas. quod in Latinis dissyllabis hic appositis clare patet.

Ad occurrendum offensioni geminatæ syllabæ.

Plaut. Trin. 3 1 16.

O here Charmide, quam absente te, hic tua res distrahitur tibi?

Nihil

Nihil valet nihilum *Plaut. Trin.* 4 3 25.

Nam nunc mores nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet.

Nisi, ni *Pl. Mil. Gl.* 2 2 1.

Nisi hercle defregeritis talos, posthac quemque in tegulis.

Id. Pers. 4 4 11. ⊙ (*servandis parum est.*

Hæc nisi inde aberunt, centuplex (l. centuplus) *murus rebus*

Extrema periculo magis obnoxia reperias. novissimum agmen fere carpit hostis à tergo insequens. extimas monetæ oras avaritia, regiæ majestatis violatrix, usitatius attondet & ad limbum usque intimum circumcidit. primores animantium artus, à fonte vitæ longissime distantes, mors sensim obrepens, ut plurimum, invadit. Versuum quoque fines, ægrius hærentes, dum hinc illinc describuntur, facilius excidunt. ante annos haud ita paucos cum *Phædri* fabulas levi cura distringerem *Lib.* 2 6 16. (Schefferi 1673.) *Humum æstuantem, come officium jactitans.* Quod docti viri ad locum annotarant mihi neutiquam probarunt. erat à Mss. *jactans officium come.* alii *comæ* subdiderant: quia syllabæ pene ult. contumaciam viderent. illud quidem *officium come* satis honeste dictum videbatur: sed obstitit eadem syllaba. Quid fit? Schefferus voces imminutas, transpositas, eo usque vexare nunquam destitit, donec in rectos numeros compulisset. Mihi vero magis placent, quæ proxime ab archetypa scriptura absunt. Divinabam igitur postremam versus literulam excidisse: eoque legendum -- *jactans officium comes.* in sacro comitatu præ cæteris officii jactantior, nec adhuc me pœnitet conjecturæ. Sed, quod iter institeram, exequi pergo. pariter fit in viva voce. Dictionum, quæ longiusculæ sunt, literam aut syllabam finalem, maxime vero gravem, spiritus lassus sæpenumero destituit: ita ut terminationes obscurius audiantur. in Græcis δῶμα· δῶ· κριθὴ (vel κρίμνος) κρὶ· ἦλος· ἦλ. δάκρυον. δάκρυ. Latinos priscos ex æmulatione par incessit audacia. Charisius 3. Diomedes 2. *endo suam do* sine autoris nomine citant. quem *Ennium* fuisse docet Ausonius in Grammaticomastige. Marius autem Victorinus A. G. 1. *endo sua do*: explanat, in sua domo. apud eundem Ausonium reperias

perias --*divum domus altiſonum cæl.* pro, cœlum --*replet te lætificum gau.* ſc. gaudium. *letiferum min.* i. e. minium. מין Hebræis eſt ſpecies, quo nomine pigmenta veniunt. Item Victorin. *ac famul infimus eſſet.* Nonius Marcell. *Enn.* 9. *Reddidit ex ſummo regno, ut famul infimus eſſet.* ex famulus. Iterum Victorinus ibid. *Proras detondete & deſpoliate guberna* pro gubercula. Nonius itidem *Lucil. Sat. lib.* 20. attribuit. Ita fit. modo conſtet de radicalibus: terminatio ſine magno ſignificationis diſpendio interdum poterit adeſſe vel abeſſe: quomodo in compluribus linguis per adjectiones quaſdam præfixas vel ſuffixas eam ſuppleri contingit: in Latina vero Græcaque propter Euphoniam Thlipſis, Ecthlipſis, & Synalœpha vim Apocopes quodammodo obtinent. Quod autem ad voces, ut ſupra, mutilatas, abſtinuit his portentis verecundior Virgilius: nec emendata purioris ſeculi conſuetudo tantum ſibi veniæ indulgere voluit. Porro quædam ſuperſunt literæ tam ancipitis ſoni, ut in eas inquirere conveniat, cum exinde nonnullæ dictionesdiverſis modis afficiantur.

CAP. XIV.

Ambiguitas.

HAbet in ſe difficultatem, cum vox una aut plures, plene ſcriptæ, conciſe legi aut recitari debeant. Injicit autem hunc ſcrupulum nonnunquam AMBIGUITAS circa ſonum in pronunciando, cum alicujus Literæ una eademque Figura non idem ubique poſſit. Dantur Literæ, quæ alibi molliuntur in vocales; rurſus alibi dureſcunt in Conſonantes. nonnunquam diſparent & evaneſcunt. incerto autem ſigno nihil fallacius. ſciendum igitur imprimis, id quod hodierni Literatores, & Typothetæ inter Orthographiæ principia ſibi ſumpſerunt, ut u. & i. modo conſonantes, modo vocales, ut ſono inter ſe diſcernuntur, ſic figura quoque religioſè diſtinguant;

in

in Mſſ. paulo vetuſtioribus minime obſervari, qui ſub una vocalis ſpecie utramque poteſtatem, ſine diſcrimine, repræſentant. ſedulo igitur vitabimus in exemplis inferius proferendis, ne ſcripturæ novitate veterum Autoritatem convellamus. Verum enim utriuſque Literæ ſonum quærentibus, id præjudicium ante omnia ab oculis removendum erat. Priſcianus l. 1. c. 4. Apud Latinos quoque hoc idem v. invenitur pro ñihilo, in Metris, & maxime apud vetuſtiſſimos Comicorum.

Navis ναῦς νηῦς *Plaut. Men.* 2 2 69.

Nunc in iſthoc portu ſtat nauis prædatoria.

Id. Bacch. 4 6 27.

Bene nauis agitatur; pulchrè hæc confertur ratis.

Meurſius probe ſcriptos libros temere ſollicitat.

Lucil. Sat. 15.

Quam malus nauis in corbita maxumus ulla.

Navem ναῦν *Id. Merc.* 1 1 91.

Cuſtos, jiſce confectis nauem ſolvimus.

Titinius Setina.

Sapientia gubernator nauem torquet, haud valentia.

Boves Βόες Βῶς *Plaut. Pſeud.* 3 2 23.

Boues qui canvivas faciunt, herbaſque oggerunt.

Id. Aulul. 2 2 57, 8.

Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus,
Hoc magnum eſt periclum me ab aſinis ad boues tranſcendere.

Bovicula, Bucula. Βοίδιον, Βοΐδιον. Bovibus, Bobus, Bubus.

Ovis ὄις *Plaut. Truc.* 3 1 10.

Ouis in Crumena hac in urbem detuli.

Ibid. 5. *Qui ouis Tarentinas erat mercatus de patre.*

Jovem *Id. Rud. Prol.* 23.

Jouem ſe placare poſſe donis, hoſtiis.

Id. Amph. Prol. 90.

Nunc proferatur Jouem facere hiſtrioniam.

Jovi *Id. Moſt.* 1 3 8.

Edepol ſi ſummo Joui vivo argento ſacruficaſſo

Aves. *Plaut Aſinar.* 1 3 65.

Aues aſſueſcunt. Neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum

Id. Pſeud. 3 4 72.

Aui ſiniſtra, Auſpicio liquido, atque ex ſententia.

Ennius. Auium præpetibus ſeſe, pulchriſque locis dant.

Civium ciium. Legitur apud Nonium Capite ſecundo. Dividæ, ut diſſenſiones.

Attius Phœniſſis.

Ne horum dividæ & diſcordiæ diſſupent,

Et diſturbent, tantas, & tam opimas civium Divitias.

Ita quidem Mercerus libros ſecutus. Corrigendum utrobique dividiæ. ſic fient ex iſtius ſeculi licentia Septenarii Trochaici duo tantum; hunc in modum.

Ne horum dividiai & diſcordiai diſſupent.

Et diſturbent tantas, & tam opimas ciuium diuitias.

Civitas Gall. Cite. *Plaut. Merc.* 5 2 5.

Vitam, Amicitiam, Ciuitatem, Lætitiam, Ludum, Jocum.

Sic *Æuitas* conciſè *ætas* dicitur.

Diues, diuitior, diuitiſſimus, diuito abeunt in dis, ditior, ditiſſimus, dito. non igitur video cur Tanaquillus Faber cum hæc agnoſcat, pariter ſe rem non habere contendat in voce Divitiæ, vel cur fugaciſſimam ſyllabam retinendi ſtudio, iſthic potiùs ſynæreſin ſtatuat, quod haud paulo inſuavius ſonat.

Ter. And. 4 5 2.

Quæ ſe inhoneſte optavit parere hic diuitias.

Id.

Id. Heaut. 3 2 16.

Vicinum hunc noſtin' ? at quaſi is non diuitiis.

Ibid. 1 2 20.

Parentis, Patriam incolumem, genus, cognatos, diuitias.

Plaut. Pœn. Prol. 60.

Fuere ſummo genere, & ſummis diuitiis.

Id. Capt. 1 2 67.

Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitiis.

Pomp. Pinthone Gorgonio.

O hominum beatum, quo illæ pervenibunt diuitiæ.

Hinc refingendum illud Diſtichon, malè deformatum etiam in optimis Editionibus, tanquam parum eſſet integrum. non enim ſatis compertam habuerunt veterum Poëtarum Licentiam, unde pro voco ſubſtituerunt revoco extra neceſſitatem, niſi quam ſibi ipſis impoſuerant.

Plaut. Ciſt. 2 3 17, 18.

Ego te reduco & voco ad diuitias, ubi

Tu locere in luculentam familiam.

Sanos & bene poſitos verſus, dum malè miſcent, ipſo remedio perdiderunt. diſpungendum erat:

Ego te reduco & voco ad diuitias,
Vbi tu locere in luculentam familiam.

Cavitas prioris verſus, in cauſâ fuit, cur uterque inter ſe collideretur. ſed hujuſmodi Hiatus Plauto non inſolentes eſſe, ſuprà pluribus confirmatum dedimus Cap. 4.

Cavillator *Id. Truc.* 3 2 15.

Dicax ſum factus, jam ſum cauillator probus

Cavillationes *Ibid.* 17.

Cauillationes vis, opinor, dicere.

Id. Stich. 1 3 76. *Cauillationes, aſſentatiunculas.*

Obliviſcar, obliſcar *Attius Nyctegreſia.* (*lim?*

An ego Vlyxem obliuiſcar unquam, aut quenquam præponi ve-

Obliviſcendi, obliſcendi. *Plaut. Mil. Gl.* 4 8 49.

Muliebres mores diſcendi, obliuiſcendi ſtratiotici.

Servom, ſeorm *Id. Epid.* 3 4 50.

Nam ſeruom miſi, qui ſectari ſolet meum.

Servitute, ſertute *Ibid.* 2 6 2.

Plùs curat, quàm ſi non ſeruitute ſerviat.

Ib. 3 1 150. *Servientes ſeruitute ego ſervos introduxi mihi.*

Id. Aulul. 4 1 6.

Nam qui amanti hero ſeruitutem ſervit, quaſi ego ſervio.

Id. Trin. 2 2 21.

Tuis ſervivi ſeruitute imperiis, & præceptis, pater.

Servat, Sea'rt *Id. Moſt.* 2 2 22.

Seruat, neque qui recludat, neque qui reſpondeat.

Secundas perſonas ſing. & plur. præteritorum in avi Syncopen pati notius eſt, quam ut hic obſervetur; rarius occurrit eadem affectio in tertiis ſing.

Educavit, educat *Ter. Phorm.* 5 7 50.

Suſcepit, & eam clam educat. ſepultus ſum.

In M. S. Laudenſi Bibliothecæ Bodleianæ additur Gloſſa pro *educavit.* *Cæcilius in Fallacia.*

Nam quam duriter vos educauit, atque aſpre non negat

Adjuravit, adjurat *Plaut. Ciſt.* 2 3 40.

Inſtare uſque adeo donec ſe adjurat anus.

Abalienavit, abalienat *Ter. Heaut.* 5 2 26.

Ita nos ab ſe alienauit. tibi jam eſſe ad ſororem intellego.

Expo-

Expoſtulavit, expoſtulat *Plaut. Mil. Gl.* 3 1 103.

Jam obſtetrix expoſtulauit mecum parum miſſum ſibi.

Vocavit, vocat *Id. Men.* 5 9 76.

Hunc cenſebat te eſſe, credo, cum vocat te ad prandium.

Multavit, Multat *Id. Pſeud.* 4 7 130.

Perdidit me. at me viginti commodis multauit minis.

Inſpectavit, inſpectat *Id. Mil. Gl.* 1 2 18.

Modo neſcio quis inſpectauit voſtrorum familiarium.

Inhiavit, inhiat *Id. Trinum.* 1 2 132.

Adeſurivit magis, & inhiavit acrius.

Inritavit, inritat *Lucr.* 1 70.

Virtutem inritat animi, confringere ut arcta.

Fumavit, fumat *Virgilius Men.* 3 3.

Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia. Servius pro *fumauit*

Penetravit, penetrat *Id.* 7.

Annon ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor?

Perturbavit, perturbat *Plaut. Moſt.* 2 1 127.

Ita mea conſilia perturbat peniſſumé.

Illud etiam reſipit Antiquitatem quod prima perſona tam ſing. quam plur. præteritorum in avi ſyllabam eandem abjiciat. ut, commentavi commentai. *Plaut. Men.* 5 7 30.

Nimis autem bene ora commentaui, atque ex mea ſententia.

Dinumeravi, dinumerai *Id. Epid.* 3 2 17.

Manibus his dinumeravi. Pater ſuam natam quam eſſe credit.

Enarravimus, enarramus *Ter. Adelph.* 3 3 11.

Quo pacto haberet ſe, enarramus ordine.

Contingit aliquando Contractio, non tantum in hac litera, cum formativa ſit thematis ſecundi, verum etiam ubi ſubſtantiam primi Thematis conſtituit. ut Laviſti. la'ſti.

Plaut. Truc. 2 4 27.

Jam lauiſti? jam pol mihi quidem, atque oculis meis.

Similiter pronunciantur cavi & cave. ut in prima ſyllaba vocis *Cauneas*. quæ vox, Craſſo in Parthos proficiſcenti, cum à muliere ficus venditante occentaretur, mali ominis ſpeciem præbuiſſe memoriæ traditur. Cic. de Divin. 2 40.

Cavi, cāi *Plaut. Merc.* 5 3 2.

Edepol nunquam. caui nequid facerem. vix vivus ſum miſer

Id. Moſt. 3 3 23.

Ego enim caui rectè. eam mihi debeo gratiam atq; animo meo

Caviſſe, cā'ſſe *Id. Bacc.* 4 9 94.

Prius te cauiſſe ergo quam pudere æquom fuit.

Cavebis, cā'bis *Id. Aſinar.* 2 2 106.

Hercle vero tu cavebis ne me attigas, ſi me tagis.

Cave, cau *Id. Caſin.* 3 1 16.

Sed tu caue inquiſitioni mihi ſis. uſque adero domi.

Ter. Heaut. 5 4 9.

Atego, ſi me metuis, mores caue in te eſſe iſtos ſentiam.

Caveto, cavito, cau'to *Plaut. Capt.* 2 3 71.

Atque horum verborum cauſa, caveto mihi iratus fuas.

Plaut. Aſin. 2 2 105.

Mox cum Sauream imitabor, caveto ne ſuccenſeas.

Pariter fit præteritis in evi

Flevimus, flemus *Propert.* 2 6.

Qua quondam edicta flemus uterque diu.

Succreverunt, ſuccrerunt *Plaut. Trin.* 1 1 9.

Quaſi herba irrigua ſuccrerunt uberrume.

Virg. Georg. 4.

Implerunt montes, flerunt Rhodopeiæ arces.

Val.

Val. Flac. Arg. 4.

Flevit Amymone, flerunt Meſſenides undæ.

Obſeviſſe, obſeſſe *Attius Andromeda.*

Quod beneficium haud ſterili in ſegete, Rex, te obſeſſe intellegis.

Audivi, audii, audi *Plaut. Curc.* 5 1 4.

Non vidi neque audi, neque pol dici, neque fingi poteſt.

Sepelivi, ſepelii, ſepeli *Plaut. Perſa.* 4 4 74.

Nimis pavebam, ne peccaret. expedit. ſi ted emam.

Novi, no *Ter. And.* 4 4 50.

Noui rem omnem. ſed eſt Simo intus? eſt. ne me attigas.

Plaut. Capt. 3 4 32.

Male mihi loqui audes? non ego te novi? pol planum id quidem eſt

Novimus, nomus *Ennius Hect. luſtris* (ex Diomedis l. 1.)

Nos quieſcere æquom eſt: nomus ambo Ulyſſem.

Moviſtis, moſtis *Mart.* 2 66.

Ceſſaſtis, pueri, nihilque moſtis.

Excivit, exciit, excit. *Plaut. Trin.* 5 2 52.

Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito foras?

Promorat *Phæd.* 4 23.

Unum promorat vix pedem Triclinio.

Summoſſes *Hor. Sat.* 1 9.

Summoſſes omnes, non iſto vivimus illic.

Adjuvero, adjuro *Ennius*, p. 190.

O Tite, ſi quid ego adjuro, curamve levaſſo.

Juverim, juerim *Catull.* 62. *De Coma Berenices*, 18

Non, ita me divi, vera gemunt, juerint.

Huc potius verba hujuſmodi, quæ ſyncopen patiuntur, rejicienda curavi, quam ut in iſtud caput reponerentur; quia cauſam

cauſam Concifionis indicare malui, quiæ fit ad expellendam Literam, quæ Romanis videbatur ſoni inficetioris.

Junix à juvenis, ruſtice juuenix: ſic vitis, vitex: ſentis, ſentix, unde ſenticetum.

Perſ. Sat. 2 47.

Tot tibi cum in flammis junicum omenta liqueſcant

Plaut. Mil. Gl. 2 3 33.

Quam mox horſum ad ſtabulum junix recipiat ſe è pabulo

Juvenior, junior; Juventus, juntus *Plaut. Curc.* 1 1 38.

Juuentute & pueris liberis; ama quod lubet.

Id. Moſt. 1 1 29.

Quo nemo ad æquè juuentute ex omni Atticâ.

Id. Amph. 1 1 2

Juuentutis mores qui ſciam, qui hoc noctis ſolus ambulem

Novus. nomen per omnes caſus contrahitur. Uvidus udus

Novom *Id. Caſin.* 4 2 3.

Nam nouom maritum, & novam nuptam volo.

Id. Men. 3 3 4.

Jubeaſque ſpinther nouom reconcinnarier.

Novo *Id. Epid.* 5 2 62.

Nouo liberto opus eſt, quod pappet. Dabitur. præbebo cibum.

Nova *Id. Moſt.* 1 3 105.

Noua pictura interpolare vis opus te lepidiſſimum.

Novos *Id. Truc.* 3 2 9.

Nouos omnes mores habeo; veteres perdidi.

Ibid. 2 1 33.

Semper datores nouos oportet quærere.

Sic Νέος ubique contrahi patitur. *Ariſtoph. Nubibus.*

Εἰκὸς ἦ μᾶλιστα τὸς γέροντας, ἢ τὸς νέους, τὶ πλάθη.

Novos

Novo-modo, no modo *Ter. Pherm. 5 7 59.*

Quin nouo - modo ei faceres contumeliam.

Pl. Pſ. 1 5 156. Nouo-modo novom aliquod inventum afferre addetet.

Id. Mil. Gl. 3 1 30.

Nouo-modo tu homo amas, ſiquidem te quicquam, quod faxis, pudet

Volturios, 'ulturios *Id. Curc. 2 3 78.*

Meoſne amores? tace parumper. jacit uolturios quatuor.

Id. Moſt. 3 2 145.

Viden' pictum ubi ludificatur cornix una uolturios duos.

Vobis, 'obis *Id. Rud. 3 4 26.*

Vos adeo, ubi ego innuero uobis, ſi ne ei caput exotulaſſitis.

Villam, 'illam *Plaut. Caſin. 2 6 68.*

Scin' tu ruri eſſe ad uillam longe, quo ducat, ſcio. Intro abi.

Villico, 'illico *Ibid. 8. 22.*

Effodere hercle hic volt, credo, veſicam uillico.

Venuſta, 'enuſta *Plaut. Pœn. 3 3 153.*

Specie uenuſta, ore parvo, atque oculis pernigris.

Venuſtatis *Ter. Hec. 5 4 8.*

Quis me eſt fortunatior, uenuſtatiſque adeo plenior?

Vetuſtate, 'tuſtate *Plaut. Pœn. 3 3 87.*

Vetuſtate vino edentulo ætatem irrigabo.

Sua vaniloquentia per ſyllepſin pronomen cum principe ſyllaba ſequentis vocabuli in unam coaleſcit. ſua 'niloquentia.

Id. Rud. 4 1 14. Jam meas applebit aures ſua vaniloquentia.

Quædam admonere conveniet de verbis, volo, video, verto, venio, voco, vivo, ſcitu neceſſaria, quæ aliis quibuſdam ejuſdem rationis lucem fortè commodare poſſint.

Ciceroni obſervatum in Oratore ad Brutum, ſis dici pro ſi vis. capſis, ubi in uno tria, inquit, verba ſunt. malle pro magis velle, nolle pro non velle. de capſis ambigitur à viris literatis,

utrum valeat cape ſi vis: an futurum potius antiquum ejus verbi ſit. nolo ſane ex nevolo fit; quod hodie non vis, non vult, non vultis ſubrogatur diviſim, veteribus nevis, nevolt, nevoltis ex ne privativa Particula compoſitum proferebatur.

Volo *Plaut. Trin.* 4 3 52. (*uolo.*

Eo domum, heus tu adſta illico! heus tu! non ſto. at ego te ſtare

Sis, ſi vis *Plaut. Aſinar.* 2 2 43.

Sis amanti ſubvenire familiari filio.

Tu vis *Id. Moſt.* 1 1 40.

Canes capro commiſta. quid tu uis fieri?

Me videre vis, me'der'is. *Id. Truc.* 4 4 10.

Me uidere uis, & me te amare poſtulas: puerum petis.

Triplex in hoc verſu Aphæreſis propter blæſitatem loquelæ multum in ſe cõntinet blandimenti & illecebræ meretriciæ.

Me vis, me's *Id. Men.* 3 3 24.

Nunquid me uis? hæc me curaturum dicito.

Id. Truc. 2 4 78.

Num quippiam me uis aliud? ut quando otium.

Id. Epid. 1 2 40.

Dic mihi unde auferre me uis? à quo Trapezita feram?

Meam vis *Id. Trin.* 3 2 55.

Meam uis ſororem tibi dem, ſuades ſine dote; hoc non convenit

Facere vis *Id. Merc.* 5 2 43.

Quo nunc ibas? Exulatum. Quid ibi facere uis? Quod miſer.

Mavis *Ter. Eun.* 4 7 26.

Lubuit. Pamphilam ergo huc redde, niſi ſi vi mauis eripi.

Quaſi tu pronuncies tu vis tu 's, meam vis mea 'is, facere vis 'facere 'is, mavis ma 'is.

Vin, 'tu illam 'in t'lam *Plaut. Pœn.* 1 1 35.

Jocare. uin' tu illam hodie ſine damno & diſpendio.

Te

Te volt, t' olt. *Id. Stich.* 1 3 39.

Rogare opinor te uolt. mene? ut ab ſe petam?

Quam volt, qu 'olt *Id. Epid.* 2 2 60.

Liberare quam uolt amator. Quiſnam is eſt? inquit altera.

Convenire volt' convenir' olt *Id. Curcul.* 4 1 9.

Qui perjurum convenire uolt hominem, mitto in Comitium.

Nevolt, nolt *Id. Trin.* 2 2 85.

Eo ne - multa quæ neuolt eueniunt, niſi fictor malus ſiet.

Noltis, nevoltis *Lucilius.*

Voltis? empta eſt. Noltis? non empta eſt.

Si vultis, ſultis *Ennius.*

Pandite, ſultis, genas, & corde relinquite ſomnum.

Plaut. Aſinar. Prol. 1. *Hoc agite, ſpectatores, ſultis, nunc jam.*

Id. Men. 5 9 1.

Si uoltis per oculos jurare, nihilo hercle ea cauſſa magis.

Volunt, 'lunt *Id. Pſeud.* 4 1 2.

Tum me & Calidorum ſervatum eſſe uolunt & lenonem extinctum.

Volam, 'lam *Id. Aſinar.* 1 2 26.

Meo modo loquar quæ volam quoniam, intus non licitum eſt mihi.

Voles, 'les *Id. Ciſtell.* 1 1 46.

Neceſſe eſt, quo tu me modo uoles eſſe, ita eſſe, mater.

Velim, 'lim *Ibid.* 2 1 21.

De me perdant! quodcunque optes, uelim tibi contingere.

Velis, 'lis *Id. Amph.* 2 2 71.

Non tu ſcis, Bacchæ bacchanti ſi uelis advorſarier:

Id. Capt. 2 2 73.

Qui tua, quæ tu miſeris, mandata, ita ut uelis perferat.

Ter. An. 2 1 6. *Velis quod poſſit. Nihil aliud niſi Philumenam volo*

Id. Pœn. 3 1 31.

Vbi bibas, edas de aliena, quantum uelis, uſque affatim.

Id. Truc. 4 4 7.

Scio mecaſtor quid uelis & quid poſtules & quid petas.

Velit, 'lit *Ibid.* 2 6 27.

Jam magnus eſt? jamne electat Legionem, quam ſpoliare uelit?

Ibid. 3 1 7 8.

Quid eam uelit? homo cruminam ſibi de collo detrahit.

Obſervandum, quid eum velit, in unam contrahi ſyllabam Cap. ſuperiori diximus quid valere apud priſcos que, eum diphthongi vicem poſſidet. velit capite excidit. ſumma totius dictionis quaſi tu ſcribas queult, ita conſtabit ſenarius, non aliter. præterquam ſi in clauſulâ monometra, baſis Iambica inter Senarios circumſtantes ponatur.

vellem, 'lem *Ter. Heaut.* 5 2 25.

Abiit vah! rogaſſe uellem. quid? unde mihi peterem cibum.

Plaut. Stich. 4 1 14.

Quando ita rem geſſiſtis, uti vos uellem, amicos atque addecet.

Quam vellem, qua 'llem *Ter. Heaut.* 1 2 11. (*amplius.*

Quam uellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum hodie eſſet

Si velles, ſi 'lles *Plaut. Trin.* 2 4 165.

Licitum, ſi uelles; nunc, quoniam nihil eſt, non licet.

Me velles, me'lles. *Id. Stich.* 2 2 4.

Tuos inclama, tui delinquunt, ego quid me uelles, viſebam.

Vellet, 'let *Id. Caſin.* 2 6 3.

Credo ecaſtor uellet: at pol ego haud credo, ſed certo ſcio.

Voluntatem, 'luntatem *Varro Tithono.*

Quam uoluntatem ævitatis, extima attigit metam ævitas.

Voluntate, 'luntate *Plaut. Pſeud.* 1 5 23.

Tua uoluntate. Jus bonum orat Pſeudolus.

Id.

Id. Trin. 5 2 4.

Si id mea uoluntate factum eſt, eſt, quod mihi ſuccenſeas.

Id. Stich. 1 2 2.

Nec uoluntate idfacere meminit, ſervos is habitu haud prob'uſt.

Id. Mil. Gl. 4 3 31.

Quin ſi voluntate nolit, vi extrudam foras.

Ter. Adelph. 3 4 44.

Quod vos jus cogit, id uoluntate ut impetret.

Id. Phorm. 4 5 13.

Volo ipſius quoque uoluntate fieri, ne ſe ejectam prædicet.

E vultu, 'ltu *Plaut. Aul. 4 9 7.* (gnoſco.

Quid ais tu? tibi credere certum eſt, nam eſſe bonum e uultu co-

Ad hunc locum pertinere videri poſſit voluptas, quam ſupra tamen poſuimus pag. 29. 30. quia ab eruditis viris ambigitur, unde fiat, ut in tam breve ſpatium compingatur.

Vides, 'des *Plaut. Moſt. 3 2 124.*

Te has emiſſe. non tu uides hunc, voltu ut triſti eſt ſenex?

Id. Stich. 4 2 52.

Egone? tune? mihine? tibine? uides ut annona eſt gravis.

Ib. 53. Vides benignitates hominum ut periere, & prothymiæ?

Ib. 54. Vides ridiculos nihili fieri, atque ipſos paraſitarier.

Attius Staſiaſtis.

Non uides quam turbam, quoſve fluctus concites?

Videtque, 'detq; *Plaut. Trin. 1 2 72.*

Uidetque ipſe ad paupertatem protractum eſſe ſe.

Vide *Id. Merc. 1 2 57.*

Hoc, ſis uide, ut palpatur, nullus eſt, quando occœpit, blandior.

Videam, 'deam *Id.* ut ſupra pag. 151.

Fugin' hinc ab oclis? abin' hinc. annon? abeo. caveſis te uideam.

Vidiſſent, 'diſſent *Lucil.* 2.

Quem illi quom vidiſſent Hortenſius Poſtumiuſque.

Videbatur, 'debatur *Id. Rud.* 3 1 9.

Videbatur ad me ſimia aggredirier.

Videndum eſt, 'dendum eſt *Id. Epid.* 1 1 35.

Id modo uidendum eſt, ut materies ſuppetat ſcutariis.

Videlicet, 'delicet *Ter. Adelph.* 3 4 4.

Pol haud paternum iſthuc dediſti, uidelicet.

Invidia *Ter. Andr.* 1 1 39.

Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.

Eſt enim Iambicum Trimetrum qnod incipit vel à Tribrachy vel à pede Proceleuſmatico: diſparet autem Vau nec auditur.

Plaut. Aulular. 3 5 8.

Et invidia nos minore utamur, quam utimur.

Ter. Ph. 2 1 46. *Qui ſæpe propter invidiam adimunt diviti.*

Ad hujus figuræ ſimilitudinem conciditur etiam dividia.

Id. Stich. 3 1 40.

Potius quam in dividiam veniam, eſt etiam hic oſtium.

Quamvis locum attentius intuenti vox invidiam argumento magis congruere, deprehendetur; niſi fortè ſervus honeſtum locutionis genus improprio ſubſtituto corruperit, quo poëta ridiculum à ſubabſurdo captaret, quæ Barbariſmi ſpecies Acyrologia dicitur.

Dividam, didam *Id. Perſ.* 5 1 5. *(pabo.*

Nunc ob eam rem inter participes diuidam prædam, & partici-

Avortet, aurtet *Id. Mil. Gl.* 2 2 48.

Ecce autem auortit, niſus læva, in ſemine habet lævam manum

Circumvortant, circu'ortant *Id. Pſeud.* 1 5 157.

Qui me argento circumvortant? quis me audacior?

Convortes,

Convortes, cou'rtes *Id. Rud.* 4 3 6.

Ita hercle opinor, in vidulum piſcem te convortes, niſi caves.

Prævortit, præ'ortit *Id. Amph.* 5 1 17.

Herilis prævortit metus. ocyus accurro, ut ſciſcam quid velit.

Revortar, ru'rtar *Id. Pœn.* 3 3 1.

Jam iſthuc ego reuortar: Miles, convivas volo.

Id. Pſeud. 4 7 60.

Mane modo iſthic. jam ego revortar ad te. quid nunc fiet, Simo?

Planè ut in compoſitis à verſus verſum præpoſitione, reuorſus, reuorſum; rurſus, rurſum; prouorſus, prouorſum; prorſus, prorſum; retrouorſus, retrouorſum; retrorſus, retrorſum; introuorſus, introvorſum; introrſus, introrſum; altrovorſus, altrouorſum; altrorſus, altrorſum; deuorſum, deorſum; ſeuorſus, ſeuorſum; ſeorſus, ſeorſum & ſeorſim; ſuuorſum, ſurſum (à ſus præpoſitione inſeparabili.) Dextrouorſum, dextrorſum; ſiniſtrouorſum, ſiniſtrorſum; Imo uniuorſum, unorſum; ſic enim diſpungo interjectionem.

Ter. Eun. 2 1 18.

Hui! univorſum triduum! uide, quid agas, ſtat ſententia.

Lucr. 4 262.

Sed magis univorſum, fierique perinde videmus.

Venitne, 'nitne *Plaut. Truc.* 5 39.

Uenitne in mentem tibi quod verbum in cavea dixit hiſtrio?

Veniret, 'niret *Id. Truc.* 2 5 28.

Date aquam manibus, nunc, ecaſtor, ut ueniret Miles, velim.

Fortaſſis ad hunc locum pertineant eveniat, perueniat, adveniat; quæ habentur Cap. 9. p. 111.

Vocare, 'care *Id. Moſt.* 4 3 13.

Ad cœnam, ne me tu te uocare cenſeas.

Evocaſti e'caſti *Id. Pœn.* 1 3 7.

Dedi dudum, prius quam me evocaſti foras.

Hinc

Hinc additum vitium ſeptenariis perperam digeſtis.

Id. Trin. 5 2 505.

Aperite hoc, aperite propere, & Leſtonicum, ſi domi eſt, foras
Evocate, ita ſubitum eſt, propere quod eum conventum velim.

Prior verſus ultra juſtam Trochaici Cataſectici ſpatium excurrit; ut in impreſſis hodie legitur. verum erat numeros ſic diſpeſcuiſſe.

Aperite hoc, aperite propere, & Lesbonicum, ſi domi eſt,
Foras evocate, ita ſubitum eſt, propere quod eum conventum velim

Secundus verſus eſt ex eorum numero, qui Græcis vocantur μροκέφαλοι vel μακροκέφαλοι, velut capite prægraves; tamen remedio ſubvenit duplex ſyncope. ſonant enim principales voces foras evocate, quaſi tu ſcribas, f'ras e'cate. Evocati Græco Charactere ἐκκάλει; quomodo ſcripſit Polybius. apud Homerum autem ἤ ἐ, ἤ ἐκ, ἤ ἐχ ſæpe in unam ſyllabam conglutinantur.

Evocat, e'cat *Id. Bacchidib.*

Ecquis evocat cum naſſiterna & cum aquo iſtum impuriſſimum?

Quod fragmentum habetur in Feſto, voce naſſiterna. Ecquis, ecqui Vide ſupra cap. 2. pag. 10. Iſthuc adde quod idem Feſtus ex *Plaut Nervolaria* citat.

Ecquis huc effert naſſiternam cum aqua ſine ſuffragio?

Qui verſus hodie extat in *Stich.* 2 2 28. ubi ecquis ſimiliter pronunciandum ac ecqui, ut numeri conſtent. Cum aqua, co'aqua. vide ſupra cap. 8. pag. 93.

Vivit, v'it *Plaut. Bacchid.* 2 2 14.

Quia ſi illa inventa eſt, quam ille amat, vivit recte, & valet.

Id. Trin. 2 2 28.

Sin ipſe animum perpulit, dum vivit, victor victorum cluet.

Invitet, in'itet *Id. Trin.* 1 1 5.

Invitus ni me id invitet, ut faciam, fides.

Devotabo,

Deuotabo, deotabo: *Attius Æneadis ſeu Decio.*

Patrio exemplo, & me dicabo, atque animam deuotabo hoſtibus.

Huc retulerim particulas, quæ videntur verſum juſto abundantiorem reddere.

Vah! Οὐά. *Ter. Heaut.* 4 8 16.

Daturam. uah! fruſtra ſum igitur gaviſus miſer.

Plaut. Bacchid. 4 8 35.

Quid fit? ducentis Philippis rem pepigi. uah, ſalus!

Vel, 'l *Ter. Andr.* 4 1 56.

Vel melius tute aliud reperi: me miſſum face.

Id. Phorm. 2 1 7.

Poſtremo, ſi nullo alio pacto, uel fœnore.

Attius Deiphobo.

Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia

Plaut. Epid. 3 3 7.

Vel quaſi egomet, qui dum fili cauſa cæperam.

Id. Amph. 3 2 36.

Ridiculi cauſa, uel hunc rogato Soſiam.

Id. Capt. 1 1 22.

Vel ire extra portam trigeminam ad ſaccum licet.

Ibid. 4 1 6.

Nam uel prodeſſe amico poſſum, uel inimicum perdere.

Ibid. 2 52.

Prius quam pultando uel aſſulatim foribus exitium afferam.

Id. Moſt. 2 1 62.

Nam cuivis homini uel optumo uel peſſumo.

Id. Bacchid. 4 8 61.

Abea ad forum igitur, uel hercule in malam crucem.

Id. Pœn. 4 2 5.

Ita me Di ament, uel in lautumiis, vel in piſtrino mavelim.

Lucil. 27.

Viginti domi an triginta uel centum cibicidas alas.

Velut, 'lut *Plaut. Curc.* 5 3 4.

Velut decem minas dum hic ſolvit, omnis menſas tranſiit.

Veluti, 'luti *Id. Bacchid.* 4 9 145.

Hoc eſt incepta efficere pulchre veluti mihi.

Satis erit teſtimoniis his in medium allatis indicaſſe quod particula, vel, vix juſtam ſyllabam abſolvat, ne quis hujuſmodi verſus infultæ voculæ falſo ſuſpectos habeat. Hoc eſt, quod initio Capitis v, Conſonantem Æolici Digamma vicariam eſſe, cum eruditis contendimus. Illud autem modo craſſius ſonat, modo aſpirat, nonnunquam etiam diſſimulatur, nec auditur omnino. dureſcit ut in ſequentibus, &, brevem natura vocalem, poſitione longam efficit.

Tenuis *Virg. Georg.*

Tenuis ubi argilla & dumoſis calculus arvis.

Ibid. Velleraque ut foliis depectunt tenuia Seres.

Extenuantur *Lucr.* 4 1255.

Atque aliis extenuantur, tabentque viciſſim.

Tenuiore *Stat. Syl. l.* 1 4.

Sperne coli tenuiore lyrâ. vaga cingitur aſtris.

Id. Theb. 12.

Orcus & inſtantem cornu tenuiore videbat.

Genua labant apud *Virg.* & *Silium Ital.*

Sinuatur *Silius.* 10.

Sinuatur, coxaque ſedet munimen utraque.

Id. 6. *Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore Gyris.*

Tantum

Tantum eſt quod hactenus de literæ hujus ambigua poteſtate quærentibus occurrere contigit. Æolicum Digamma Priſcianus refert apud antiquiſſimos Latinorum eandem vim obtinuiſſe, quam apud Æoles habuit Φ. eum autem ſonum, quem nunc habet F. Μορφὴν apud Æſchylum primam corripit, locus non eſt ad manum. ratio videtur quia derivatur à מראה Φ inſerto. Æol. aurem Dig. poteſt citra detrimentum abeſſe. cujus rei arbitrium penes eruditos eſto. novimus inſuper Beta Græcorum idem non heri tantum aut nudius tertius ſonuiſſe quod Vida dicimus; præterea Græcos ſane veteres litetam vau per ȣ frequenter expreſſiſſe nec in Romanis tantum nominibus ut, Οὐαλέριος Valerius, Οὐάλης Valens: aut Interjectionibus ut, ȣ̓αὶ væ, ȣ̓ὰ vah, ſed ȣ̓λε Homericum perinde eſt atque vale Latinum, Certum eſt veteres Latinos aliquando loco ſpiritus aſperi adhibuiſſe ut, Veneti. Ενετοι, alias tenuis ut. Ελέα Velia. quomodo Priſcianus ex Æolico quodam Poeta. Οἰόμενος Fελένην ἑλικώπιδά item Νέστορα δὲ Fȣ̃ παιδός deinde Αμμες δ' Fειρήναν. addit, vocalium concurſui dirimendo quandoque interpoſitum. Alcmanis eſſe καὶ χεῖμα πῦρ τε δάFιον. ejuſmodi ſunt Οἴς ovis Βόες boves Ωον ovum Δ'ᾶος Davus. Γενναῖος Gnavus. Ταὼς Pavos. Ταὼν Pavo. Plura ſuppetunt ejus generis; quibus congerendis prudens abſtineo: quæ literæ tam evanidæ ſit poteſtas, ab initio quærere inſtituimus, ſuccurrit igitur linguam vernaculam imprimis conſulere, ſiquid viva popularium vox in hujus rei indagine lucis afferat, Supponamus ſonum *Waw* veteribus Latinis ignotum non fuiſſe ut *Velle* parum diſcrepet à Saxonico *Willan*. An non aures noſtræ in familiari ſermone voci tam imminutæ, quam integræ quotidie aſſueſcunt I will, thou wilt, he, we, yee, they will. I'll, thou'lt, he, we, yee, they'll. ſo I would, i'lld &c. ne-would, n'olde. ne-wote, nat. newiſt, niſt. ne-was, nas. ne-were, nere. Anglo Saxonice. Sin Vau ſimpliciter poſſit; is quoque ſonus aures noſtras facile præterlabitur. Have, ha', you done? give me, gi'me; ever, never, over, even. contrahitur uſitate ſevennight, ſe'nnight. Talis igitur ablatio Teutonicas aures novitate ſua offendere minime debebit. Apud Anglos Occidentalis regio quod f labialem vau permutat, ruſticior habetur. Macedones multi ſunt in hujus literæ Metalepſi quibus Φίλιππος.

βίλιππος. φέρω· βέρω. dicitur. quid multa? Javanis posteri, Ια-Fονὲς primo dicti, literam hanc Græcis communicarunt: quam & Æoles retinuerunt. Iones posuerunt. adeo ut ἐπίζημον βαῦ locum adhuc suum inter notas tantum numerales tueatur; perinde atque inter Judæos sextum occupat. hæsit item in vocibus Pamphyliorum sermoni propriis. Additur his in capite רעם βρέμω de tonitru; unde -ἐριβρεμέτα Ζεύς. רמש Vermis ἕλμις nec aliunde βύρμακες formicæ. Quid igitur miremur ea demi posse, quæ aliquando addita fuerunt; ut ab ἴδον, vidi & fortassis a λῶ volo? sed lectoris reverentia vetat huic disquisitioni diutius immorari.

Sub ancipiti etiam figurâ, i vocalis, quæ mollius sonat, jod vel yod duriorem illam, hanc liquidiusculam potestatem abscondit.

Japeton, Yapeton *Stas. Theb.* 10 911.

Japeton, aut victam supera ad convexa levavi.

Japetide, Yapetide *Ovid. Met.* 5.

Tu quóque, Japetide, non hos adhibendus ad usus.

Jazyges, Yazyges *Id. Trist.* 2 191.

Jazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque.

Videntur hæc antiquis sonum ya potius exhibuisse. fateor Grammaticos ad unum omnes hanc differentiam inter i vocalem & consonantem statuisse, ut quoties in eadem syllaba vocalem alteram præcedit, in consonam durescat; aliter pro vocali reputetur: quid mihi super hac re videatur colligere est ex supra dictis Cap. 10. præsertim in voce, jam, quæ nisi propius y auribus influeret, non ita facilè in duas syllabas dissiliret. Idem licet conficere ex sequentibus: nec enim positione longam faciunt syllabam, quamvis cum alterâ consonante conjuncta.

Joco, yoco *Plaut. Amph.* 3 3 9.

An id joco dixisti? equidem serio ac vero ratus.

Jam,

Jam, yam *Ter. Phorm.* 5 7 66.

Neque id jam celare posse te uxorem tuam.

Ita MSS. minimùm 8. iique melioris notæ. Censor Leydensis, quod difficultate caruit, id amplexus est. Neque jam id

Plaut. Most. 2 1 31. *(ebrium.*

Quid ego agam? pater jam hic me offendet miserum adveniens

Imo, quod adhuc insolentius existimari possit, in capite vocis positum, vocalem in præcedentis vocis fine per synalœphan elidit.

Juncis, yuncis *Plaut. Rud.* 3 4 27.

Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Quandoque per synecphonesin aut syllepsin præcedenti liquidæ adhæret, nec cum sequente vocali diphthongum constituit.

Mulier, dissyllabum. *Ennius.*

Sic mulier erubuit, seu lacte & purpura mista.

Cave Crasin hic statuas; esset enim finalis longa. Talis etiam syllepsis apud Græcos reperitur.

Sotades in Iliade. Σείων μελίλω Πηλιάδα, δεξιὸν κατ' ὦμον.

Versus est Sotadeus: constat autem duobus Ionicis à majori cum Trochaico Dimetro, Brachycatalecto, quod carmen appellatur quoque Priapeium: ubi in Πηλιάδα, duæ syllabæ primam sequentes per synecphonesin in unam brevem contrahuntur. Similiter. Odyss. γ. πολλ' ὅτι μηλί ἔθεμεν.

Contrà in his notis vocibus duriùs sonare existimatur

Abiete *Virg. Æn.* 2.

Ædificant, sectâque intexunt abiete costas.

Id. 9. *Abietibus, juvenes patrios & montibus æquos.*

Abiegni *Id.* 4 *1.

Læserat abiegni venter apertus equi.

Abiegnæ *Propert.* 3 7.

Induit abiegnæ cornua falſa bovis.

Ariete *Virg.* 7.

Hæ ſacris ſedes epulis: hic ariete cæſo.

Stat. Theb. 2.

Apparet, aut celſum crebris arietibus urbis.

Fateor me numeros in hoc verſu commode explicare non poſſe. temporis enim unius diſpendio hexameter extra figuram vitioſus apparet.

Arietat *Virg.* 2.

Arietat in portas, & duros obice poſtes.

Parietibus *Id.* 5. *Parietibus textum cæcis iter, anciptitemque.*

u. & i. ante vocales alias per Synæreſin, alias per Diæreſin enunciantur; ut ſupra oſtenſum Cap. 9, 10.

Reſtat G, litera, quæ palatum ferit non minus, quàm jod, & aliquid ambiguæ poteſtatis in ſe continere videtur. Apud Orientales nunc aſpera, nunc tenuis habetur. in vernaculo nobis ſermone ſæpenumero in yod vertitur, modo non diſſimili crediderim apud vetuſtiſſimos Latinæ linguæ autores aliquando liquefieri.

Magis, teſte Menagio, abit in Gallicum mais, de ſignificatione verſum illum *Virgilianum* citat.

Non equidem invideo, miror magis.

Conjungitur cum voce ſequenti à vocali exorſa, in unam ſyllabam.

Magis, magi', mage', ma' immortales *Plaut. Pœn.* 1 2 64.

Quid habetis, qui mage immortales vos credam eſſe, quam egoſiem?

M'oppletis *Id. Truc.* 2 6 42.

Multo ædaſtor magis oppletis opu'ſt tritici granariis.

Magis eſſe, maſſe *Plaut. Curc.* 4 1 2.

Halophantam an Sycophantam hunc magis eſſe dicam neſcio.

Magis exigere, ma'xigere. *Id. Trin.* 4 3 46.

Si magis exigere cupias, duarum rerum exoritur optio.

Magiſtratus, mai'ſtratus *Id. Perſ.* 1 2 24.

Ubi ſunt magiſtratus, quos curare oporteat?

Id. Amphitr Prol. 74.

Quaſi magiſtratum ſibi, alterive ambiverit.

Cæcilius Plocio. Atque ut magiſtratus, publice quum auſpicant.

Dignum quoque obſervatu eſt quod quandoque priorem brevem producat, haud aliter quam ſi per geminatam i ſcriberetur.

Plaut. Truc. 4 2 48.

Jam hercle apud omnes magiſtratus faxo erit nomen tuum.

Ex his ſupra laudatis verſibus colligi poteſt eam literæ hujus pronunciationem, quæ hodie apud Germanos obtinet, plus affinitatis habere cum genuina veteris Latini ſermonis enunciatione, quam is Latinas voces efferendi modus in quo nobis Angli placemus.

Negas, nays *Plaut. Capt.* 3 4 39. *(eſſe ais?*

Te, negas, Tyndarum eſſe? Nego, inquam. tun' te Philocratem

Id. Men. 5 7 39.

Sic ſine igitur, ſi tuum negas me eſſe, abire liberum.

Negat, nayt. *Ter. Eun.* 2 2 21.

Negat quis? nego. ait? aio. poſtremo imperavi egomet mihi.

Planè ut Anglicè, nay, nay; ay, ay.

Id. Phorm. 2 3 5.

Negat Phanium eſſe hunc ſibi cognatum Demipho?

Negato, nayto *Id. Bacchid.* 4 2 10.

Non it: negato eſſe ituram, abi & renuntia.

Rogat, roy't *Id. Curc.* 2 3 60.

Prehendit dexteram; ſeducit; rogat, Quid veniam Cariam?

Rogant

Rogant, roynt *Id. Curc.* 2 3 83.

Rogant me ſervi, Quo eam? me dico ire, quo ſaturi ſolent.

Rogem, roym *Ter. Phorm.* 5 4 9.

Ut rogem quod tempus conveniundi patris me capere jubeat.

Roges, roys *Plaut. Pſeud.* 1 3 60.

Omnes tibi patres ſunt? nullus eſt tibi, quem roges mutuum?

Rogato, royto *Id. Rud.* 4 6 8.

Eum rogato, ut relinquat alias res, & huc veniat. licet.

Ego; ut io Italice, vel yo Hiſpanice.

Plaut. Stich. 2 3 31.

Ego hinc areneas de foribus deiciam & de pariete

Egon', yon' *Ter. Heaut.* 4 5 36.

Egon', cui daturus uon ſum, ut ei deſpondeam?

Plaut. Moſt. 3 1 29.

Quid nunc faciundum cenſes? egon quid cenſeam?

Id. Merc. 2 2 46.

Egon' te? nihil eſt jam quod tu mihi ſuccenſeas.

Ib. 51. *Hoc facto ducas. Egon te? ah! ne Dii ſiverint.*

Argento, aryento *Id.* 1 3 144.

Sed ſine argento fruſtra eſt, qnod me tui miſereri poſtulas.

Sagitta, Italice Saetta *Plaut. Perſ.* 1 1 25.

Sagitta Cupido cor meum transfixit. jam ſervi hic amant?

Sagittas, ſaettas *Id. Trin.* 3 2 99. (*gittas ſumpſere*

Egomet autem, quom extemplo arcum mihi & pharetram, & ſa-

Frigidus Italice Freddo, Gallice Froid. *Attius.*

---------ſit non frigidiſſimus alvus.

Lucil. 8.

Sallere muranas; mercem in frigidaria ferre.

Quem-

Quemadmodum ῥιγέω ſyllabam initialem ſemper producere notavit Priſcianus libro de metris comicis.

Strigilibus *Juv. Sat.* 3 263.

Strigilibus, & pleno componit lintea gutto.

Quibuſdam fortaſſis verſus hic à pede Proceliuſmatico initium ducere videri poſſit, ſed facilior ſolutio eſt, ſi ſyllabam ſecundam liquefacias. Hoc modo abſque Pæone te expedies, ſi ſecunda pariter ſyllaba in hoc voce liqueſcat.

Degerere, de'yrere *Lucr.* 4 965:

Nautæ contractum cum ventis degerere bellum.

Palatinæ κ γ χ. liquidam n ſequentes, vocali brevi præcedenti, poſitionis neceſſariæ aliquando gratiam faciunt.

Ingenium, inyenium. bonum ingenium: εὐφυία. *Ter. And.* 3 1 6.

Bonum ingenium narras adoleſcentis. Optumum.

Verſus incipit à Proceleuſmatico. liqueſcit enim ng ac ſi ſcriberetur ny; Tanaquillus Faber aliud remedium affert: ſtatuit enim neceſſario pronunciandum adoleſcent' optumum perire vero s & fieri Synalœpham. ſed is non erat locus affectus. capite, non ventre, laborat verſus: nec ille animum ſibi induxerat Syncopen vocis principalis admittere, quam tamen Comicorum diligens lector paſſim advertere poterit; & nos Cap. 12. pag. 161 extrema, & 162 ſumma, quod ſufficiat, pauca de multis exempla producentes in medium, probatum dedimus. confirmat hanc ſententiam, quod conſimilem ad modum reliquerat in hoc Trochaico.

Plaut. Pœn. 1 2 88.

Bono ingenio med eſſe ornatam, quam auro, multo mauolo.

Hinc fit, ut in fine Trochaici Septenarii vox, ingenio, Tribrachym faciat, nec enim ibi locum habere poteſt ſpondeus.

Id. Moſtellar. 3 2 127.

Et bene monitum duco: atque te exiſtumo humano ingenio.

Ubi tenor ſi durus fuiſſet & à vulgari tunc ſermonis uſu ali-

enior, nullo negotio ſubſtitui poſſet, humani ingeni. Cum inſequentis ſeculi Proſodia, vel Orthoepia emendatior, numeros illos neceſſario requireret, etiam illam conſtructionem ferret.

Ennius apud Gellium ------ *eo ego ingenio.* (*gero.*

Natus ſum, amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam

Plaut. Trin. 1 2 55.

Sunt quorum ingenia atque animos non poſſum noſcere.

Græci ſyzygias has literarum, quæ, à ſummo Palato facile in imum guttur repercutiuntur, nonnunquam liquefaciunt.

Euripides. Τάχ' ἐξ ἀναιδῶς φάρυγξ ὠθήσει κρέα.

Ariſtophani γογγυλίζειν prima brevi dicitur.

Id. Acharn. Ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ.

Id. in Theſmophoriazuſis.

Φέρ' ἔγκυκλον τιτὶ λάμβαν' ἀπὸ τῆς κλινίδος.

Eidem etiam καγχάζειν principalem ſyllabam corripit. Proverbium. Menander apud Apoſtolium:

Νόμοις ἔπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις καλόν.

Ariſt. Pluto. Οὔτ' ἐν τάπησιν· τὴν γὰρ ὑφαίνειν ἐθελήσει χρυσίᾳ γ' ὄντως;

Dignum inſuper notatu, quod ita liqueſcat, ut præcedentem brevem vocalem nonnunquam producat.

Plaut. Mil. Gl. 2 2 61.

Niſi quidem hic agitari mavis varius virgis, vigila.

Id. Pſeud. 3 2 31.

Non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus.

Quod ſupra in hoc ipſo capite innuimus ad vocem magiſtratus. aut longam rapiat. *Lucil.* 30.

Inſperato abiit, quem unâ angina ſuſtulit horâ

Ἀγχόνη. Jumentum à jungendo veteres dictum putant g. litera in ea attrita. Nonius Cap. 1. Sic ἄγλιθες allium; propter nucleorum involucra. ſonabat igitur γλ. aliquando ut Italis Oglio,

Oglio, oleum. Paglie, palea. Miglia, millia. hanc vim si λγ. conceſſeris, conſtabit Anapæſtus.

Ariſtoph. Plut.

Καὶ τ̓ γνώμλω χ̓ τ̓ ἰδ'ίαν· ὥ̓ρᾳ δὲ τῷ μὲν γὸ πᾰλαγῶνις.

Poterat irrumpenti in imperium Romanum Barbariæ imputari, quod clarior ejus ſonus decoxerit: ſic enim Gothi, ſic Germani eam proferunt: niſi jam inde ab ultimâ memoriâ Romanis ipſis in medio Latio natis liquidiùs fuiſſe pronunciatum teſtimonia ſuperius allata probabiliter evincerent: apud priſcos ſaltem aut in Provinciis & coloniis antiquitus deductis. Nec hoc mirum Anglis videri debet, quibus avorum memoriâ in literis etiam regiis; ubi Datum, ſignificabatur, ex palatio Yeovẹn at our Palace. Multa etiam ejuſmodi literæ hujus tranſmutationes in plagis ſeptentrionalibus, adeoque Scotiâ Auſtrali hodieque vigent. Prolixiùs hæc fortaſſe diſſeruimus. Quotus enim quiſque literarum tinnitui explorando vacat? Pars naturam in quæſtionem rapere, ut, exquiſitis tormentis ſubacta, tandem fateatur, ubi ſit illud, quod avidâ ſpe ſibi finxerunt, mortalitatis lenimen, illud egeſtatis humanæ remedium. Alii, dialecticis argutiis occupati, dum vocis id, quod ſonat, cum rebus, quæ apparent, committere ſtudent, quum utraque inter ſe pulchrè conciliare poterant, memores, quo quidque reſpectu dictum ſit & quem in finem; interpretationis ordinem invertunt, & præter ſapiunt, quàm quod rei ratio poſtulat. Quidam reſpublicas ordinare privati. hi litibus lites adjungere, illi bella ex bellis ſerere non deſiſtunt. negotii alicujus majoris ſtrepitu & obtentu plerique mortales, magni & magnifici perhiberi volunt. nimirum non omnes idem nugamur. ne igitur Lectori, aliò properanti, odioſus ſim, hac fine diſſertationi de quibuſdam elementis ambiguæ poteſtatis modum ſtatuam.

CAP. XV.

Syſtole.

IMperativis utriuſque prioris Conjugationis, in vocalem productam deſinentibus, eximunt Artis Metricæ magiſtri (ſaltem quotquot domi habentur in manibus) unum tantum verbum Puta. ſed SYSTOLE apud veteres Poetas latius regnavit. cur illud exciperent, à Voſſio A. G. 2 24. tribuitur ob differentiam Adverb. & Verb. crediderim ult. communem.

Martialis 11 96.

In ſolio puta te, mergere, Flacce, caput. mordacius

Perſius S. 4 9. juxta Caſaub. ex membranis Bongarſii.

Hoc, puta, non rectum eſt: illud male: rectius illud.

Utrobique vulgatum, puto, præ illo altero, jacet. ſic

Utputa. *in Priapeiis. Ut Phœbo puta, filioque Phœbi.*

Didicimus a finita produci, ut Ama. atqui corripitur in hoc Senario.

Ama *Plaut. Curc.* 1 1 38.

Juventute & pueris liberis, ama quod lubet.

Illis hoc forſitan inſolens videri poterit, qui præceptis ad elegantioris poeſios leges accommodatis imbuti, priſci ſermonis uſum & metri naſcentis progreſſum non perinde animadvertunt. Admirationem autem hanc minuet veterum Poetarum autoritas, ex optimis quibuſque ſcriptoribus inter ſe diligenter collatis, cum fide collecta. Reperiemus nonnullos in utraque claſſe Imperativos pariter inflexos ab hac Regula manifeſto diſcedere.

Commoda *Catullus in Hendecaſyllabo de Var. ſcorto.* 26

Iſtos commoda. nam volo ad Serapim

Plaut.

Plaut. Ciſtellar. 4 2 75.

Commoda loquelam tuam: tibi nunc proderit. conſitemur.

Da, Ora *Plaut. Caſ.* 5 4 21.

Sed, uxor, da viro hanc veniam. Murrhina, ora Cleoſtratam.

Para *Plaut. Merc.* 5 4 36.

Hunc ſenem para me clientem. memorem dices benefici.

Procura *Id. Truc.* 4 4 25.

Nunc puero utere, & procura: quia unde procures, habes.

Roga *Ter. Eun.* 4 4 25. Cenſor Leyd. reciderat MSS. o. invitis.

Reſpondeat. Roga. Veniſtin hodie ad nos? Negat.

Id. Hec. 4 1 43.

Roga, velitne annon uxorem? ſi eſt, ut dicat velle ſe.

Plaut. Pſ. 1 1 112.

Satis ſi futurum eſt. Roga me viginti minas.

Ibid. 4 6 8.

Velim quidem hercle. Roga me viginti minas.

Id. Pœn. 5 2 48.

Roga, numquid opus ſit? Tu qui zonam non habes.

Id. Moſtellar.

Roga circumducat. Heus tu! at hic ſunt mulieres.

Id. Amph. 2 2 117.

Hanc roga. me quidem præſente nunquam factum eſt, quod ſciam

Id. Men. 5 9 47.

Ubi lubet roga, reſpondebo; nil reticebo quod ſciam.

Id. Curc. 5 3 30.

Quando vir bonus es, reſponde quod rogo. Roga quod lubet.

Serva *Id. Truc.* 5 45.

Malam rem his & magnam! magno opere ſerva tibi viaticum.

Ter. Heaut. 4 8 4.

Serva, quod in te eſt, & filium, & me, & familiam.

Tempera *Epitaph. Vet.*

Tempera jam genitor lachrymas; tuque optima mater.

Vola *Plaut. Perſ.* 2 2 17.

Vola curriculo. iſthuc marinus paſſer per Circum ſolet.

Secundas item perſonas ſingulares Imperativorum ſecundæ Conjugationis in Voce Activa ſemper & univerſim produci debere iidem nobis Grammatici tradunt: quibus interim in hac parte reclamat aſſidua priſcorum in diverſum conſuetudo.

Accepimus inter Imperativos hujuſmodi Move, mane cave diſertim longa terminari. ſed nec hoc veteribus obſervatum.

Move *Plaut. Men.* 5 3 12.

Atque eccum incedit. move formicinum gradum.

Ter. Eun. 5 3 3.

Qui hunc ſuppoſuit nobis. move vero ocius.

Aut verſus ab hiatu incipit; aut ſuppoſivit antique reſtituendum, quo rhythmus feratur levior.

Mane *Id. Heaut.* 3 3 52. ut μίνε.

Mane, mane: quid eſt quod tam a nobis graviter crepuerunt fores?

Id. And. 4 4 21.

Mane: cave quoquam ex iſtoc exceſſis loco.

Id. Ad. 3 4 21.

Vitiavit. Hem! mane nondum audiſti Demea.

Manedum *Id. Hec.* 5 4 4.

Manedum ſodes: timeo ne aliud credam, atque aliud nuncies.

Plaut. Aſin. 5 2 27.

Nihil ecaſtor eſt quod facere mavelim. Manedum. quid eſt?

Cave *Ter. Heaut.* 4 6 23.

Sed pater egreditur. cave quicquam admiratus ſis.

Id.

Id. Ad. 3 4 12.

Si deſeris tu, periimus. cave dixeris.

Cic. Arateis.

Hoc cave te Ponto ſtudeas committere menſe.

Hor. S. 2 3.

Me capite in flumeu dexter ſtetit; &, Cave faxis.

Tu cave ne minuas; tu, ne majus facias, id

Id. Epiſt. 1 13.

Vade, vale; cave ne titubes, mandataque frangas.

Prop. 1 10. *Tu cave ne triſti cupias pugnare puellæ*

Id. 1 7. *Tu cave noſtra tuo contemnas carmina faſtu.*

Ovid. de Ponto. 3 1.

Hunc cave degeneres: ut ſint præconia noſtra.

Ov. Triſt. 1 1.

Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis.

Ter. And. 2 3 29.

Curabitur; ſed pater adeſt. cave te eſſe triſtem ſentiat.

Caveſis *Pl.* ut ſup. in Oclis & videam. Caveto. *Id. Capt.* 2 3 71.

Atque horum verborum cauſa caveto mihi iratus fuas.

Nec rara provenit hujuſmodi exemplorum ſeges in aliis non paucis ejuſdem inflexionis vocibus.

Habe *Plaut. Capt.* 1 2 49.

Nunc habe bonum animum. Eheu! Huic illud dolet.

64. *Habe modo bonum animum nam illum confido domum.*

Id. Epid. 5 1 12.

Habe bonum animum. quippe ego, cui libertas in mundo ſita eſt.

Id. Pœn. 4 2 32.

Habe rem pactam. ſi futurum eſt, do tibi operam hanc. quomodo?

Jube

Jube *Attius Nyctegresia.*

Jube nunc attentare: jube nunc animo ruspari Phrygas.

Ter. Eun. 5 1 20.

Viden? video. Comprendi jube, quantum potest.

Id. Ad. 5 7 10.

Atque hanc in horto maceriam jube dirui.

16. *Ego lepidus ineo gratiam. jube nunc iam.*

Id. Ph. 6 7 29.

Argentum rursum jube rescribi, Phormio.

Plaut. Capt. 3 4 75.

Verum, siquid metuis a me, jube me vinciri: volo.

Id. Cistell. 2 3 48.

Vir tuus si veniet, jube domi opperirier.

Id. Stich. 4 2 22.

Mihi modo ausculta: jube domi cœnam coqui. Non me quidem.

Jubesis *Id. Asin. 3 3 96.*

Nunc isthanc tantisper jubesis petere, atque orare mecum.

Jubedum *Id. Pers. 4 4 55.*

Jubedum, ea huc accedat ad me. i sane, ac morem illi gere.

Id. Rud. 3 5 7.

Jubedum recedere istos ambo illuc modo.

Mone *Plaut. Most. 1 3 30.*

Non stultam stulte facere. quin mone, quæso, siquid erro

Pave *Id. Merc. 5 2 44.*

Ne pave. restituam jam ego te in gaudia, antequam is. eo.

Responde *Mart. 3 4.*

Si, quando veniet? dicet; responde, Poeta.

Tace

Tace tu Gall. Tais-toi *Ter. Eun.* 3 2 36.

Tace tu, quem ego eſſe infra infimos omnis puto.

Pl. Curc. 5 2 62.

Tace tu. Non taceo, quando res vortit bene.

Id. Rud. 4 4 45.

Cave malo ac tace tu: tu ut occæpiſti, perge dicere.

Id. Amph. 2 2 111.

Tace tu. tu dic, egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?

Plaut. Capt. 3 4 77.

Iſtic, qui volt vinciatur. tace modo: ego te, Philocrates.

Id. Pſeud. 1 1 38.

Tace, dum tabellas pellego. ergo quin legis?

Tene *Plaut. Ciſtellar.* 4 2 105.

Tibi auſcultabo. tene tu ciſtellam tibi.

Id. Trin. 4 3 84.

Adimat animam mihi ægritudo. Staſime, tene me. viſne aquam?

Teneſis *Id. Perſ.* 3 3 9.

Teneſis argentum: etiam tu argentum tenes?

Vide *Ter. Heaut.* 4 8 30.

Si ſapies. Faciam. abi intro; vide, quid poſtulet.

Id. Ad. 2 2 31.

Labaſcit. unum hoc vide, ſi ſatis placet.

Id. Hec. 3 3 34.

Verum vide ne impulſus ira prave inſiſtas, Pamphile.

Id. And. 5 1 6.

Vide quam iniquus ſis præ ſtudio, dum id efficias, quod cupis.

Videſis *Perſ.* 1 108.

Auriculas? videſis ne majorum tibi forte.

Ter. Heaut. 2 3 128.

Sed heus, tu! videſis nequid imprudens ruas.

Plaut. Perſ. 4 4 45.

Videſis, ego ille doctus leno pene in foveam decidi.

Id. Amph. 2 2 155.

Certum eſt aperire, atque inſpicere; videſis, ſigni quid ſiet.

Imperativi nonnulli quartæ Conjugationis ad eundem modum ultimam corripiunt. Camerario non aſſentior qui b. in abi concidit.

Abi *Plaut. Curc.* 2 2 5.

Fateor. abi, deprome. age, tu interea huic ſomnium.

Abi de, Spondeum ſtatuit, nos Anapæſtum.

Plaut. Capt. 4 2 90.

Nunc tu mihi places. abi ſtultus. ſero poſt tempus venis.

Ter. Eun. 3 2 32.

Abi, Dorias; cito hunc deduce ad Militem.

Ib. 4 6 15. *Abi tu Ciſtellam, Pythias, domo effer cum monumentis.*

Id. And. 1 5 20.

Abi domum; id mihi viſu'ſt dicere, abi domum & ſuſpende te

Abidum *Id. Heaut.* 2 3 8.

Factum à nobis ſtulte eſt. abidum tu, Dromo, illis obviam.

Id. Ad. 4 2 25.

Laudo, Cteſipho, patriſſas. abi, virum te judico.

Redi *Pl. Truc.* 1 2 106.

Redi vero actutum. ego interim te apud vos opperibor.

Ter. Heaut. 2 3 108.

Contaluit. quid vis? redi, redi. Adſum. dic, quid eſt,

Plaut. Caſ. 5 4 19.

Redi modo huc intro: monebo, ſiquidem meminiſti minus.

Id.

Id. Men. 1 4 7.

Cocta ſunt. jube ire accubitum. redi cito. jam ego hic ero.

Expedi *Id. Perſ.* 4 4 88. *(quid taces?*

Sed tamen, Virgo, quæ patria eſt tua? age, mihi actutum expedi.

Feri *Pl. Caſ.* 2 6 55.

Feri malam tu illi rurſum. perii! pugnis cædor, Jupiter.

Hactenus de Verbis, quæ cum contracta videantur, quaſi natura longa, tamen veteribus promiſcue ſunt uſitata. Fuit illis omnis in manibus virtus: nulla linguæ ad malas artes inſtruendæ gloria. ut quibus periculum magis in acie, quam in foro, verſabatur. procul abfuit literatoria ſubtilitas. nec ideo ab omni parte defuit illis autoritas. quamobrem verbis ſupra allatis Adverbia ſubjungamus, quæ à receptis circa terminationes Regulis aliquantum divaricantur.

Heri an here utrovis modo ſcribas, nihil intereſt quantitatis; cum omnes apud Latinos vocales ſint ancipites. uſitato corripit ultimam.

Domi nonnunquam per ſubunionem ſequenti Verbo aut Verbali adhæret. *Martial* 5 79. *Si triſti domicænio laboras.* Quo in Hendecaſyllabo ſatis apparet, quantum ſpatii occupet. Pariter brevi vocali terminatur ſive per Hyphen conjuncta, ſeu ſeorſim poſita.

Domi οἴκοι *Plaut. Aululr.* 1 1 34.

Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Ter. Ad. 4 5 38.

Cur duxit alienam? an ſedere oportuit

39. *Domi virginem tam grandem, dum cognatus huc.*

Pl. Capt. Prol. 21.

Hic nunc domi ſervit ſuo patri, nec ſcit pater.

Id. Pœn. 5 2 6.

Servire ante oculos, domi quæ fuerint liberæ.

Id. Moſtell. 1 3 124.

Quibus anus domi ſunt uxores, quæ vos dote meruerunt.

Ter. Eun. 4 4 6.

Domi non offendiſſem ita jam adornabat fugam.

Plaut. Stich. 4 2 22.

Mihi modo auſcultа: jube domi cœnam coqui. Non me quidem.

Ib. 29. *Domi mihi, tibi, tuæque uxori celeriter cœnam coqui.*

Id. Merc. 2 4 30.

Domi maneto me. ergo actutum face cum præda redieris.

Id. Mil. Gl. 2 2 37.

Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.

Ubi quantitatem habet modo brevem, modo longam. In Genit. ſingulari productam legas.

Ter. Eun. 4 7 45.

Milites, domi focique ſat viciſſim memineris. in adv.

Id. Men. 5 2 92.

Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant, & domi devinciant.

Ter. Hec. 2 2 15.

Si metuis ſatis ut meæ domi curetur diligenter.

Domi-cœnare opponitur Foris-cœnare. foras-promittere; Foras-ambulare *Plaut. Epid.* 1 2. ult.

Ne hic foras-ambulet, neve uſquam veniat obviam ſeni.

Domo οἴκοθεν adverbialiter. *Plaut. Gapt. Prol.* 18.

Domo quem profugiens Dominum abſtulerat, vendidit.

Ter. Ad. 2 1 44.

Domo me eripuit: verberavit: me invito abduxit meam.

Pl. Epid. 4 2 12.

Atque argentum egurgitem domo prorſum: quid tu, quæ patrem.

Titinius

Titinius Prilia.

Quam ego hodie extorrem hac domo faciam, pilatricem pallii.

Itidem ult. ſyllabam habet ancipitem *Id. Men.* 4 2 76.

Palla mihi eſt domo ſurrepta. palla ſurrepta eſt tibi?

82. *Palla eſt mihi domo ſurrepta. palla ſurrepta eſt tibi?*

Ibid. 5 1 4. *Domo ſuppilas uxori tuæ, & tuæ.*

Cani, κωΐ ut Dativ. ſing. 5. ſimpl. apud Gr. *Id. Epid.* 2 2 50.

Cani quoque etiam ademptum eſt nomen. Qui? vocant Laconicum.

Eſuriente Dativ. (nec refer per 2 an 3 vocal. ſcribas) ut πεινῶντι.

Lucil. 7. *Eſuriente leoni ex ore exſculpere prædam.*

Uti. Secus atque V. Cl. in A. G. ſentit com. eſt. *Turpil. Philop.*

Ecce autem tuo more, uti ſoles, iraſcere.

Ter. Eun. 5 1 11.

Quid facerem? ita, uti tu juſti, ſoli credita eſt. Eugraphii eſt *uti.*

Lucil. 13. *Et non pauper, uti Samio curtoque catino.*

Sicuti *Lucilius* 5.

Sicuti, cum primus ficos propola recentis.

Lucret. 3 818.

Sicuti ſummarum ſumma eſt æterna, neque extra.

Fruſtra videri poſſit ultimam breviare *Pl. Men.* 4 3 18.

Tu huc, poſt hunc diem, pedem intro non feres, ne fruſtra ſis.

Sed potius concidatur feres, ut ſupra; compleatur vero ſies; quam ut hinc tuearis illud Avieni in Arateis; fruſtra frequenter.

Meritiſſimo *Cæcilius Aſoto.*

Meritiſſimo me hic ejecit ex hac decuria.

Siquidem *Ter. Eun.* 1 1 5.

Siquidem, hercle, poſſis nihil prius, neque fortius.

Ib. 2 102. *Saltem ut concedas ſolum. ſiquidem biduum.*

Plaut. Pœn. Prol. 52.

Siquidem licebit per illos, quibus eſt in manu.

Id. Aul. 4 7 7.

Et cauſa juſta eſt, ſiquidem ita eſt, ut prædicas.

Id. Trin. 2 4 157.

Siquidem reperire poſſet, cujus os ſublinat.

Id. Curc. 5 3 25.

Siquidem voltis, quod decrero, facere. Tibi permittimus.

Id. Moſt. 5 1 27.

Siquidem, pol, me quæris, aſſum præſens præſenti tibi.

Ter. Heaut. 2 3 83, 90.

Siquidem id ſapere eſt, velle te id quod non poteſt contingere.

Quid aliud tibi vis? Siquidem, hoc ſit. Siquidem experiundo ſcies

Sed *Plaut. Amph.* 2 2 182.

Hæret hæc res, ſiquidem hæc jam mulier facta eſt ex viro.

Ovid. Met. 9 730.

Spem Veneris, ſiquidem patriam, inviſoſque penates.

Juv. 6 620.

Boletus. ſiquidem unius præcordia preſſit.

Id. 12 107.

Privato. ſiquidem Tyrio parere ſolebant.

Modo & quodammodo ſemper corripi traditum accepimus. Adde Quomodo, poſtmodo, eodem modo, novomodo. ſimodo primam corripit.

Quomodo *Plaut. Moſt.* 2 2 31.

Quomodo pultare potui, ſi non tangerem?

Poſtmodo. *Ter. Hec.* 2 1 11. juxta Cod. Bemb.

Mequa abs te immerito eſſe accuſatam poſtmodo reſciſces. Scio.

Eodem-

Eodemmodo *Plaut. Aulular.* 4 1 11.

Eodemmodo servom ratem esse amanti hero æquom censeo.

Novomodo *Ter. Ph.* 5 7 79.

Quin novomodo ei faceres contumeliam.

Plaut. Ps. 1 5 156.

Novomodo novom aliquod inventum afferre addecet.

Id. Mil. Gl.

Novomodo, tu homo, amas, siquidem te quicquam, quod faxis, pudet.

Simodo *Ter. Adelph.* 2 1 48.

Age jam cupio; simodo argentum reddat; sed ego hoc hariolor.

Propudi *Pl. Mil. Gl.* 2 4 11.

Ubi iste bonus servos qui propudi me maxume innocentem.

Protinam. prima correpta; quamvis Virgilius contra facit in Protinus.

Plaut. Astraba.

Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.

Id. Pers. 4 5 8.

At ne cum argento protinam permutes domum.

Id. Curc. 2 3 84.

Ostium, ubi conspexi, exinde me illico protinam dedi.

Id. Bacch. 3 1 7.

Quæ ut aspexi, me continuo contuli protinam in pedes.

Nævius Colace.

Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi.

Ibidem non soli Juvenc. aut Mam. med. cor. *Pl. Merc.* 2 3 99.

Hercle illunc dii infelicent, quisquis est! ibidem mihi.

Id. Most. 2 2 51.

Eumque hic defodit hospitem ibidem in ædibus.

Id. Trin. 1 2 166.

Atque egomet me adeo cum illis una ibidem trabo.

Id Captiv. 4 2 94.

Vidi in publica celoce, ibidemque illum adoleſcentulum.

Id. Bacch. 2 3 79. *Ibidem publicitus ſervant. occidiſtis me.*

Id. Stich. 2 3 12. *Sine advocatis ibidem in cercuro in ſtega.*

Notandum Ubique & ubique, quod literis inter ſe conſentiunt, nec rebus ipſis multum diſſideant

Ubique media brevi *Plaut. Bacchid.* 5 1 1.

Quicunque ubique ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac.

Id. Caſ. 2 3 38.

Veſtimentis, ubique educat pueros, quos pariat potius.

Totum diſcrimen in hoc verti videtur quod ubi, cum deſinat in ancipitem, quoties adjicitur particula copulativa, ultimam corripiat; quoties expletiva, producat: apud recentiores quidem, diſcretionis cauſa. non item apud vetuſtiſſimos.

Parum attinet manere quod ſatis pervolgatum eſt, penultimam tertia pluralis Præteritorum in activa voce priſcis quibuſque ſemper brevem, tractu temporis tenorem mutaſſe. Fateor *Ovidium de Ponto* 1 3. reliquiſſe

Quod tua texuerunt ſcripta, retexit opus.

Sed productior ſonus prævaluit, utpote grandior & clauſulis aptior. Vehementer advertant ſuadeo, miram vim eſſe poſituræ ante pauſam: ſyllabas natura longas ea communes reddit. *Plaut. Curc.* 1 3 33.

Etiam diſpertimini. Nulli eſt homini perpetuum bonum.

Quid quod eandem indifferentiam impertit poſitione productis, ut, *ſunt* ante colon in hoc Senario.

Id. Bacchid. 4 9 118.

Duæ conditiones ſunt; utram tu accipias, vide.

Imo cum ſequatur comma, ut in illo ſimiliter Senario.

Id.

Id. Trin. 1 2 172.

Quæ neque futura, neque facta ſunt, tamen illi ſciunt.

Ibid. 2 2 28.

Sin ipſe animum perpulit, dum vivit, victor victorum cluet.

In biſegmento Octonarii *Ter. Andr.* 3 4 7. (*ſiem.*

Nam propemodum habeo tibi jam fidem. Tandem cognoſti qui

Paucis oſtendi quid occurreret, quod priſci præter ſolitum corriperent. De Imperativis nihil adeo mirum, quod enim jubes, moram non patitur. præterea Conjugationum apices ruſtici minime obſervant. Colonis manus magis callent, quam præcordia. Diu latuit Romanos literatoria ſubtilitas. quod autem Adverbia; à Nominibus unde orta ſunt, diſcreverint, factum judicio videtur. etiamſi in his, aliiſque nonnullis, dubia quædam reperiatur quantitas, quam in hanc partem alia, in illam alia ætas magis uſurparit. Erit igitur operæ videre quid in his cæteris præter morem productum ſe nobis offerre contigerit.

Diaſtole.

CAP. XVI.

VEteribus nunc libera optio, ut in ſyllabis natura incertis; alias conſuetudo ſeculi per Epentheſin; nonnunquam neceſſitas carminis vocales produxit. quam licentiam quia ſequens ætas eas in diverſam tantum partem, ut plurimum accepit DIASTOLEN vocabimus.

Modo ſemper corripi docent apud nos recepti Proſodiæ Canones. Cur autem hoc in dubium veniat, facit

Plaut. Aſin. Prol. 5.

Age nunc reſide: cave modo, ne gratiis.

Id. Moſt. 4 3 2.

Non equidem in Ægyptum hinc modo vectus fui.

Id. Capt. 2 3 48.

Ad fratrem. modo captivos alios inviſo meos

Id. Merc. 5 2 34.

Huc ſecundus ventus nunc eſt: cape modo vorſoriam.

Lucil. 27.

Modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui.

Cic. in Arat.

Huic non una modo caput ornans ſtella relucet.

Dummodo *Plaut. Aul.* 2 2 62.

Dummodo morata recte veniat, dotata eſt ſatis.

Es quoque a ſum una cum compoſitis corripi tradunt: Refragatur autem veterum autoritas & origo, ut enim εἶς ab εἰμὶ, ſic ĕs a ſum.

Plaut. Amph. 2 2 206.

Mulier es: audacter juras. quæ non deliquit, decet.

Id. Aſinar. 1 1 42. *Tun' es adjutor nunc amanti filio?*

Ib. 3 1 8. *Satis dicacula es amatrix. Mater, is quæſtu'ſt mihi.*

Id. Capt. 1 2 70.

Vocatus ad cœnam? nuſquam quod ſciam. Explica, Vocatus es.

Id. Ciſtellar. 2 3 2.

Mei Lampadiſci ſervi. non ſurda es, Hera.

Lambinus edidit, eſt. errorem peperit ignorantia vett. uſus.

Ibid. 4 1 44.

Sanan' es? hæc ſunt profecto. pergin'? hæc ſunt. ſi mihi.

Id. Menæchm. 5 5 48.

Et, poſtquam es emiſſus, cæſum virgis ſub furca. Scio.

Id.

Id. Mere. 3 4 44.

De iſthac re argutus es, ut par pari reſpondeas.

Id. Mil. Gl. 3 1 31.

Nihil amas: umbra es amantum, magis quam amator, Pleuſides.

Id. Pſeud. 2 4 61.

Sed, quid es acturus? dicam: ubi hominem exornavero.

Id. Rud. 1 2 54. *Fortaſſe tu huc vocatus es ad prandium.*

Id. Truc. 2 4 17. *Idem es ecaſtor, qui ſoles. ſed dic mihi.*

Ib. 4 4 55. *Ut tute es, item omnis eſſe cenſes, perjurii caput.*

Cito vix legi productum affirmant.

Plaut. Bacch. 2 2 24.

Scis tu ut confringi vas cito Samium ſolet?

Ter. Heaut. 2 3 134.

Sed quam cito ſunt conſecutæ mulieres.

Id. And. 3 1 16.

Hui! tam cito! ridiculum. poſtquam ante oſtium.

P. Syrus.

Pars beneficii eſt, quod petitur ſi cito neges. (Macrob. 2. 7.)

Ut & Ambo. ſed ambo ut Græc. Αμφω.

Virg. Ecl. 7. *Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.*

Id. Æn. 9 446. *Fortunati ambo, ſiquid mea carmina poſſunt.*

Duo. fortaſſis vix reperitur longum. Græce δύο. ſupra tamen probavimus Cap. 9. pag. 100, 101, 102. per ſyllepſin efferri ſolere. quod idem cenſeo in cauſa fuiſſe cur δύω & δύο ſcriptura differant propter ejuſdem vocis diverſam alio atque alio tempore & loco pronunciationem.

Ego quia liqueſcit g *Pl. Mil. Glor.* 4 5 8.

Idem ego te liberabo: nam, ſi poſſet ullo modo.

Plaut. Ciſtellar. 2 1 47.

Faxint, ne ego dem vivos ſavium Silenio.

Homo *Ter. Heaut.* 1 1 25.

Homo ſum: humani nihil a me alienum puto.

Ennius. Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Id. Homo, qui erranti comiter monſtrat viam.

Excipitur longis in a definentibus, Quia. Gerardus Voſſ. A. G. 2. p. 249 cum adduxiſſet illud

Auſon. de Burdigal. Prof. Carm. 8.

Sed quia noſtro docuere in ævo.

Tribuit ult. productionem Cæſuræ. veruntamen

Phædrus 1 5. *Ego primam tollo: nominor quia Leo.*

Dubitet aliquis potius ne in eorum Poetarum teſtimoniis, qui extremam ejus vocalem corripere videntur, aliqua ſubſit Contractio. *Terentianus* enim *Maurus*, autor in ſcientia rei metricæ non ſane rudis, nec indiligens, ſeculi vero a primis 12. Cæſaribus proximi, ejus quidem in deterius ruentis ſtator animoſus, ſuſpicionem hanc vehementer adjuvat, cum vocem illam vix unquam aliter poſuerit quam unius ſyllabæ.

Quia longam ſequitur brevis.

Et Maro dat tales. ſed, quia diſtinctio verba.

Quia mutas ita conjungi natura recuſat.

Quia variis pedibus loquimur, ſermone ſoluto.

Nec modo quia verbo finem facit unde putato.

Conſona quia vis eſt illis nunc libera, namque

Quia ſermo ipſe manet, nulloque eſt fine reciſus.

Quia nec producta eſt; geminat nec conſona vires.

Quidam quia gemino conſtat de commate verſus.

Quia non ejuſdem generis deprenſus in imo eſt.

v. 2152 - v. 2226.

Quod

Quod extremam nihilominus corripiat, probatur compluribus ævi claſſici ſcriptorum teſtimoniis, adverſus quæ ne Synæreſin obtendas, depelleris ex eodem Carmine verſu alio, qui cum Sapphicus ſit, undecim ſyllabarum eſſe debet. *Obſtitit noſtræ quia credo menti.* quemadmodum Voſſio in Arte ſuâ obſervatum.

Heia *Phædr.* 5 6 3.

Heia! inquit, Commune quodcunque eſt lucri.

Niſi ultimam corripere magiſtri, legum videlicet publicarum ex præſcripto, in ludo literario pueris præcipimus. Voſſius Sidonium aliter ea voce uſum monet. præierat ei certe.

Plaut. Pœn. 1 2. 112.

Obſecro, hercle, ut mulſa loquitur! nihil, niſi laterculos.

Id. Merc. 2 3 62.

Nihil opus nobis ancilla niſi quæ texat, quæ molat.

Stat. Silv. 4. *His parvus (Lechiæ niſi vetarent)*

Quaſi *Enn.* ---*ſtat quaſi ferrum aut lapis.*

V. Cl. adducit Lucretium plus ſemel, & Avienum eo ſimiliter uſos. Prologus apud Terentium ubique ſequitur morem Latinum; primam enim productam habet. Profecto ſecernitur ab iis quæ à longa ordiuntur.

Plaut. Mil. Gl. 2 3 19.

Profecto vidi. Tuten? Egomet duobus his oculis meis.

Protervo *Pacuvius Duloreſte.*

Amplus, rubicundo colore, ſpectu protervo, ferox.

Proterve *Amph.* 2 2 297.

Audacem eſſe; confidenter pro ſe & proterve loqui.

Propero *Id. Men.* 5 2 2.

Gradum proferam progredi properabo.

Propola *Lucil.* 5.

Sicuti, cum primum ficos propola recentis.

Præpositiones re & in, si per positionem licet, in compositione corripi vulgo receptum est. quod an perpetuum sit videamus.

Reduco *Plaut. Cistellar.* 2 3 36.

Atque ad parentes reduco Silenium.

Horat. Sat. 2 3.

DI tibi dent capta classem reducere Troja.

Lucret. 1 228. *Reducit Venus, aut reductum dædala tellus.*

Id. 4 990. *Mittunt & crebras redæcunt naribus auras.*

Id. 5 1338. *Nec poterant ullam partem reducere eorum.*

Ter. Hec. 4 4 43.

Remissan' opus sit vobis, reductan' domum?

In vexatissimo hoc loco non hodie tantum, verum etiam ante Donati tempora variarunt MSS. Lectio hæc est à MS. Johannensi. apud nos Coll. probæ monetæ. Disjunctio habet stomachum: & Latina admodum est locutio.

Recidat *Phædr.* 3 18.

Delusa ne spes ad querelam recidat.

Juv. 12 54. *Recidit ut ferrum malo summitteret, ac se.*

Lucret. 1 1057.

Recidere inferiora magis quam' corpora nostra.

Ib. 854. *At neque recidere ad nihilum res posse, neque autem.*

Id. 5 281. *Recidere. assidue quoniam fluere omnia constat.*

Ovid. Ep. 14. *Ter male sublato recidit ense manus.*

Reficere *Propert.* 2.

Noctibus his vacui reficiamus iter.

Lucret. 1 34. *Reficit æterno devinctus volnere amoris.*

Refugere *Id.* 3 69. *Refugisse volunt longe, longeque remasse.*

Rellatum *Lucret.* 2 1000.

Id rursum cœli rellatum templa receptant.

Reliquit

Reliquit *Pl. Aul. Prol.* 21.

Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habitat filium.

Ita *Nonius* in Pariter. Vulg. qui hic nunc, contra verſum. ita Laud. 3 & Donat Lincoln. Reliquus, Reliquiæ & Religio pariter ſe habent.

Relinquor *Ter. Ph.* 1 2 24.

Memini me relinqui Deo irato meo.

Remotus *Ter. Hec. Prol.* 14.

Prope jam remmotum injuria adverſarium.

Ubi Donatus; Geminavit m ſecundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant.

Lucret. 4 270. *Percipe, nam certe penitus remmota videtur.*

288. *Diſtare a ſpeculo tantum remmota videtur.*

Id. 5 579. *Nam prius omnia quæ longe remmota tuemur.*

Rèpentino *Attius Alcmæone.*

Ut me depoſitum immerentem repentino nuncio.

Repperit *Ov. Met.* 2 337.

Repperit oſſa tamen peregrina condita ripa.

Reppulit *Virg. Æn.* 4.

Reppulit; ac Dominum Ænean in regna recepit;

Reſiſte *Plaut. Truc.* 4 2 4.

Dicam adeſſe ni occupata eſt, Reſiſte hem! fruſtra es. redin'?

Rettudi *Phædrus.* 4 1. *Satis profecto rettudi ſuperbiam*

Rettulit *Phædr.* 3 19.

Hoc ſi moleſtus ille ad animum rettulit.

Ov. Met. 2 303.

Rettulit os in ſe, propioraque manibus antra.

Phædrus 4 22. *Simonides idem ille, de quo rettuli.*

Pomponius

Pomponius Proſtibulo.

Numquis hic reſiſtit, qui nondum labias lirarit mihi? Numqui.

Retines *Laberius Carcere.*

Homo frugi, quod tibi relictum eſt, miſerimonium retines,

In antiquis indu & endo dicebatur: in compoſitione vero ſæpe longam ſyllabam conſtituit, quaſi per tacitam quandam Epenthefin.

Inaudire *Pl. Moſt.* 3 1 11.

Metuo ne de hac re quippiam inaudiverit.

Id. Mil. Gl. 2 2 56.

Nam os columnatum Poetæ eſſe inaudivi Barbaro.

Ibid. 5 32.

Hic ſororem eſſe inaudivi: eam veni quæſitum. mala es.

Id. Stich 1 2 19. *(rim.*

Quaſi nunquam quicquam in eas ſimulem; quaſi nihil inaudive-

Id. Aul. 2 2 88.

Credo ego illum jam inaudiſſe, mihi eſſe theſaurum domi.

Inique *Id. Merc.* 5 2 63.

Egomet vidi. quis eum adduxit advos? inique rogas.

Inorabili *Attius Arm. judicio.*

Sed pervico Ajax animo atque inorabili.

Nec hoc adeo mirum cuiquam videri convenit, cum ſimplex præpoſitio in, tenorem longum induere debeat in hoc Trochaico.

Plaut. Stich. 4 1 13.

In hunc diem. ſed ſatin' ego tecum pacificatus ſum, Antipho?

Id. Amph. Prol. 125.

Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum.

Dedi

Dedi ſyllabam principem extendere apud veteres Poetas reperitur. *Plaut. Epid.* 5 2 38.

Dedin' tibi minas triginta ob filiam? fateor datas.

Id. Men. 4 3 15.

Tute ultro ad me detuliſti: dediſti eam dona mihi.

Id. Truc. 2 2 36.

Gratulor, cum mihi, tibique magnum dediſti decus.

Id. Curc. 2 3 66.

Dediſti tu argentum? inquam. imo apud Trapezitam ſitum eſt.

Id. Capt. 2 3 4.

Nam ego te æſtimatum huic dedi viginti minis.

Amatoribus *Plaut. Pſeud.* 1 5 1.

Si de damnoſis, aut de amatoribus.

Id. Epid. 2 2 30.

Obviam ornatæ occurrebant, ſuis quæque amatoribus.

Aſtrologos *Ennius, Telamone.*

Non haruſpices vicanos, non de Circo Aſtrologos.

Cicatrices *Plaut. Aſinar.* 3 2 7.

Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices inderunt.

Columbari *Pl. Rud.* 3 6 50.

Nam in columbari collum haud multo poſt erit.

Coturnices *Plaut. Capt.* 5 4 6.

Aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent.

Id. Aſinar. 3 3 76.

Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem.

Cremari *Ennius Menalippa.*

Mihi auſculta, nate; pueros cremari jube.

Cremare. Hiſpan. quemar. per hyperthefin ſeu poſtpoſitio-

nem liquidæ, principem syllabam producit. Græcis Κραδία· καρδία. κράτος· κάρτος. quomodo etiam in voce sequenti.

Crocotarii *Pl. Aul.* 3 5 47.

Cum incedunt infectores crocotarii.

Aristoph. Ecclesiazusis Τὸ κροκώτιον ἀμπιχόμενος ὑνδύεται.

Prov. Γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺ κωνιορτὸν ἐγείρει·

Κορτεῖν. κροτεῖσθαι Hesychio & κόρτος· κρότων.

Aristoph. Ranis. Ταῦτα ποιήσω. Σὺ δὲ τὸν θρόνον.

Hinc θόρναξ ὑποπόδιον. nomina in αξ sunt Diminutiva. imum subsellium, le tabouret.

Cupit *Plaut. Captiv.* 3 1 3.

Ille miserrimu'st qui, cum esse cupit; quod edit, non habet.

Cuppedinis e. plus semel apud Lucretium, ut & cuppes in ipso Plauto.

Patellarii *Id. Cist.* 2 1 46.

Dii me omnes magni, minutique, & patellarii.

Manicas *Plaut. Capt.* 3 5 1.

Injicite huic manicas mastigiæ.

Huc vocem conjeci, quia Grammatici fere omnes cum vincula manuum significet, originem ejus ad Manus referunt. Sed communis statui possit syllaba. quoties Virgil. manuleas tunicarum demissicias, seu vincula brachiis indita denotat primam corripit. pariter.

Lucilius apud *Nonium.*

Sic laqueis, manicis, pedicis, mens irretita est.

Plautus varius est nam *Asinar.* 2 2 38.

Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem

Eodem videtur respicere; sed hic loci diversam innuit originem: principalem igitur syllabam producit ac si à μανιάκης descenderet, quæ est armilla: quales Galli, præsertim melioris condi-

conditionis, etiam in bello gestare soliti. notum vocabulum ex Polybio maxime; item Polluce, aliis. Gloss. Philox. Μανιάξ Tortus. Circulus. Torquis. Ψελλίον, sive περιχάλιον, esset; seu περικάρπιον, περιβραχίονιον, περιχείριον, certe περιδέραιον à Μάνη vel μανός indifferenter quod penacut, idem valet. *Injicite* Hiatus ante aspirationem. V. sup. Cap. 4. Pag. 33. summa. *Huic* Cap. 11. Pag. 139. pariter prima.

Podagrosis *Id. Merc.* 3 4 8.

Sed tandem. si podagrosis pedibus esset Eutychus.

Polentarium *Id. Curcul.* 2 3 36.

Ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium.

Pudicitiam *Plaut. Amph.* 3 2 49.

Ibo egomet. comitem Pudicitiam duxero.

Schema *Pl. Amph. Pr.* 117.

Quod ego huc processi, sic, cum servili schema.

Tabernaculo *Id. Trin.* 3 2 100.

Cassidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.

Trapezitam *Id. Curc.* 2 3 62.

Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam noverim?

Ibid. 5 3 34.

Meipso præsente, & Lycone trapezita. non taces?

In Ablativis tertiæ declinationis per e vel i, finalis syllaba communis esse videtur, adeo ut fortasse melius ex priscorum licentia digeri debuerint Laberiani versus, quos tamen aliter disposuimus Cap. 9. Pag. 118.

Sic ego fulgentis splendore pecuniæ.

Volo elucificare exitum ætatis meæ.

Plaut. parasito pigro. Domum ire cœpi tramite recta via.

Nomina in itius producunt antepenultimum.

Cæsitium *Pl. Epid.* 2 2 46.

Tunicam rallam, tunicam spissam, linteum cæsitium.

Subdititium *Plaut. Ps.* 2 4 62.

Subdititium fieri ego illum Militis servom volo.

Conductitiam *Epid. Arg.*

Persuasu servi, aliam qui conductitiam.

Ib. Plaut. 2 3 8:

Quam ostendam fidicinam aliqua conductitiam.

Id. 5 2 4. *Quomodo me ludifeciſti de illa conductitia.*

Porcius. Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam.

Projectitius *Id. Ciſt. Arg.*

Amore capto illius projectitiæ.

Pl. Ib. 1 3 23. *Is amore projectitiam illam deperit.*

Tranſlatitius *Phædrus* 5 7.

DI ſunt loquuti more tranſlatitio.

Emiſſitius *Pl. Aul.* 1 1 2. *Circumſpectatrix cum oculis emiſſitiis.*

Demiſſitius *Plaut. Pœn.* 5 5 24.

Sane genus hoc muliebroſum eſt tunicis demiſſitiis.

Novitius *Id. Capt.* 3 5 60.

Recens captum hominem nuperum & novitium

Id. Moſt. 3 2 92.

Novitium mihi quæſtum inſtitui non malum.

Adoptatitius *Id. Pœn.* 5 2 85.

Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium.

100. *Demarcho item ipſe fuit adoptatitius.*

Expoſititius *Id. Caſ. Prol.* 79.

Revortor ad illam puellam expoſititiam.

Suppoſititius *Id. Ps.* 4 7 71.

Exploratorem hunc, faciamus ludos, ſuppoſititium.

Surreptitius *Id. Men. Prol.* 68.

Is illic habitat geminus ſurreptitius.

Id.

Id. Pœn. 5 2 2.

Has eſſe ingenuas ambas ſurreptitias.

Conventitius *Id. Ciſt.* 1 1 42.

Ex patribus conventitiis, neque ego hanc ſuperbiai.

Sic enim verſus diſpeſco. tenor impreſs. confuſus vocabulo. cauſſa, extra locum in priorem promoto. quod Diæreſin in extrema Diphthongo minus adverterent.

Laſerpitium *Id. Rud.* 3 2 16.

Hoc anno multum futurum ſirpe & Laſerpitium.

Titivillitium *Id. Caſ.* 2 5 39.

Non ego iſtuc verbum emiſſim titivillitio.

Nonius Marcell. de honeſte & Nove veterum dictis Betere, id eſt, ire. Varro τῦ πατρὸς τὸ παιδίον. ωὲι παιδοποιίας. Annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras-betere juſſit.

Pacuvius Niptris.

Vos hinc, defenſum patriam, in pugnam betite.

Id. Medo. Si reſto, pergit, ut eam; ſi ire conor, prohibet betere.

Plaut. Merc. 2 3 127.

Ad portum ne bitas, dico; jam tibi auſcultabitur. l. betas.

Abitere *Id. Rud.* 3 4 72.

Hunc quoque obſerva ipſum nequo abitat. nam promiſimus.

Adbitere *Id. Capt.* 3 4 72.

Namque edepol ſi adbitas propius, os denaſabit tibi.

Ebitere *Id. Stich.* 4 2 28.

Non it; non it: quïa tantopere ſuades ne ebitat. jube.

Imbitere *Id. Epid.* 1 2 42.

Meam domum ne imbitas: tute in piſtrinum.

Perbitere *Id. Pſeud.* 3 1 12.

Eum cras cruciatu maximo perbitere.

Id. Capt. 3 5 32.

Qui per virtutem perbitit, non interit. Male Scal. perbitat.

Id. Rud. 2 6 11.

Malo cruciatu in Siciliam perbiteres.

Præterbitere *Id. Epid.* 3 4 1.

Cave præterbitas ullas ædes, quin roges.

Id. Pœn. 5 3 44.

Præterbitamus, metuo. magne Jupiter!

Rebitere *Id. Capt.* 2 3 20.

Si non rebitas huc, ut viginti minas.

49. *Et mea opera, ſi huc rebito, faciam ut faciat facilius.*

Refer hæc ad ſyllabæ quantitatem. negotium enim legentibus faceſſerem, ſi voces exoletas converrerem. ſunt etiam in Comœdia multijugi pedes, & ad tibiam funduntur per multa diverſi generis carmina. ſed ad indicem paginam oculos ſubinde revoco.

Poſtremo detur venia monenti. priſcis autoribus corrumpendis occaſionem non raro præbuit antiqua loquendi ratio minus intellecta. huic malo remedium, in cæteris ſcriptoribus ſola ſententia porrigit; at in Poetis, cum ſententiæ nihil in utramque partem interſit, verſus ſæpius locum affectum velut digito demonſtrat, quo fiat ut Cenſor judicii aliquantulum ſubacti vitium facilius tollat. verbi gratia:

Plaut. Trin. 2 2 58, 59.

De mendico male meretur, qui ei dat, quod edit, aut quod bibat;
Nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miſeriam

Primo, *edit* Subjunctivi modi producit ultimam. edim, is, it. Græce Εδοιμι, οις, οι. cum igitur ſeptenarii biſegmentum minus ſit *dat quod edit aut quod bibat*; relinquitur ut in altero biſegmento legatur pro meretur, *meret*. Αρχαικῶς ſic *de me ut meruiſti*. *Id. Capt.* 3 5 87. quomodo legendum arbitror. in ſecundo verſu prima poſtremis reſpondent, niſi quod in medio

perdit

perdit conciditur ut Gallicum, *pert.* & unius eſt ſyllabæ. V. ſupra Cap. 12. 157. 158. *Ib.* 69, 70.

Minus, Pater, ſed, Civi immunifico, ſcis, quid cantari ſolet;

Quod habes, ne habeas; & illud, quod nunc non habes, habeas malum.

Civi immunifico. *Cii immunifico* v. ſup. cap. 14 186. 187. *Ne habeas*, non eſt prohibentis, cum conjunctione: ſed imprecantis cum privativa particula à verbo, *Nehabeo*, Anglo. Saxones Ic hæbbe, Ic næbbe. habeo, nehabeo, n'habeo. v. ſupra cap. 12. 164. Dabo aliud exemplum.

Ariſtophan. Pluto. 2 5 58.

Μαλάχης πλόρθυς. ἀντὶ δὲ μάζης φύλλ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων.

Prius ſegmentum Dimetrum procedit inoffenſum. in capite ſequentis ineſt debilitas. Audacter lege φυλλεῖ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων

V. *Acharnenſ.* 2 4 63.

Ες τὸ σπυρίδιον ἰσχνά μοι φυλλέα δός.

φυλλέων eſt foliorum ſilvula quæ ſe aperit in ſummis raphanis, napis, & id genus radicibus, quæ veſcendo ſunt. Ubi Scholiaſtes locum affert, perinde atque hodie legitur in Pluto ſyllaba defectus, ut vitium verſui jampridem inolitum facile agnoſcas Quanto certe metri leges melius teneas, tanto minor erit in cenſura librorum erratio.

Veteres, quod conſtat, Oratores puritatem orationis & nitorem ſe non aliunde melius haurire poſſe exiſtimabant quam ex Poetarum lectione. Cicero argute; ut hominis decus ingenium, ſic ingenii ipſius lumen, eſt eloquentia. multum valet in civilibus negotiis: Cethegus hinc Ennio *flos populi* dictus, & *Suadæ medulla*. Subjungit ibid. Cic in Bruto. Quam deam in Pericli labris ſcripſit Eupolis ſeſſitaviſſe, hujus medullam Ennius Cethegum fuiſſe dixit. teſtimonium hoc illuſtre ex Scholiaſte ad Ariſtophanis Acharnenſes eo libentius apponam, quod mendo pariter inſignis ſit locus, quem ego velut purpureum pannum turpi macula perpurgare conabor.

Εὔπολις, Δήμοις.

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν
Ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ οἱ γαθοὶ δρομεῖς
Ἐκκαίδεκα † ποδῶν ἤρει λέγων, τοὺς ῥήτορας
Ταχὺς λέγειν μὲν πρὸς δὲ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθισεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

† Ποδοῖν περιλέγων, τοὺς causæ erroris; varia præpositionis scriptura, verbi insolentia, & hyperbaton constructionis; nam τοὺς ῥήτορας pendet à παρέλθοι.

Tertium sane quam festivissimæ indolis versum fœda depascitur lues, cui nec Bisetus, nec Æmilius Portus manum attulerunt auxiliarem. scripserat Eupolis περιλέγων dicendo superans ποδοῖν. mensura quantitatis Dativo magis competit. Persistit in eadem metaphora ab aurigis in hippodromo certatim decurrentibus, qui adversarium cum semel præterierint, magno demum intervallo post se relinquunt. ita Periclem cæteris sui seculi Oratoribus celeritate, copia, vehementia dicendi, & omni suasionis illecebra longe superiorem facit. Non est cur multis contendam, quantum diserta prudentia valeat in civilibus negotiis: sacras institutiones sua quoque commendat & propagat facundia. nec à Poetis legendis penitus abhorruerunt purissimæ Ecclesiæ SS. Patres. Potest fieri, ut aliter senserit ætas religionibus addictior, humanitate alienior. Quantum est hodie politioris literaturæ fastum deposuit, non nisi sacris ancillari superbum. Quid autem ad altiora studia conferant hæc disertim rudimenta Quintilianus testis audiatur idoneus quod *Antiqua illa Comœdia, tum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retineat: tum fecundissimæ libertatis. etsi est in insectandis vitiis præcipua, plurimum tamen virium etiam in cæteris partibus habere* dicit, *nam & grandis, & elegans, & venusta, & nescio,* inquit, *an ulla* (semper excipit Homerum) *aut similior sit Orationibus, aut ad Oratores faciendos aptior.*

Ad summam, tot dictionis Comicæ sunt viæ, tot inter viam offensiones & moræ, quot vulgaris loquendi consuetudo præit. Imprimis omnia in scena fortuita videri debent: ut maxime

de

de conſtituto agantur. Congreſſus præter opinionem. Alloquium, quale inter vicinos incidere amat, officii, puta, quotidiani: quod tamen evadat in negotium. Jam patitur diſponi: jam deliberationem capeſſit. interim in re ſocci ſermo purus & perſpicuus magis requiritur, quam ornatus & copioſus. Verba naſci debent in ore, & ex rebus ipſis efflorescere. Figuræ quas ſupra declaravimus, quaſi velamina, Poematis celant artificium. Quantum elegantiæ addideris, tantum detrahis fidei. Res ſimulari, non agi videbitur. nec animum auditoris in eos affectus impellet, unde maxima ſpectaculi voluptas oritur. Quicquid enim exquiſitum & elaboratum ſentitur, in ſuſpicionem venit: ut teſtis diſertus & vehemens apud judices levior eſt. Cur igitur omnino cantant Comici, ſi tantam veritatis ſpeciem præ ſe ferre videri volunt? cur ad tibiam ſaltant? cur denique hiſtrionio vocis & geſticulationis lenocinio populi conſidentis auribus & oculis inſidiantur? Reſpondeo, veritatem per ſe verecundam non adduci poſſe, ut in proſcenio compareat niſi perſonata. Stultitiam tamen hominibus inſitam, illic traduci, juvenes pariter ac ſenes vilius cernant, quam in vita experiantur. Quod ſi Comœdiæ verſus, aut verſibus modulationem auferre poſtules, eadem opera unguentis ſuaveolentiam, melli dulcedinem eripias. Fateor nulli Poetarum generi plus veniæ indultum. Quine verſuum ſpatia laxent, vel conſtringant, vocalibus modo contractis, modo diviſis; his productis, illis correptis, hic abſorptis, vel commixtis, alibi in concurſu pro libitu relictis integris? Qui conſonantes proprio arbitratu reſecent vel conſervent; qui denique literas aſperitate, duritie, vaſtitie, inſuaves miſſas faciant, vel, ubi volent, retineant; quorum judicio Syllabarum contumacia fracta cedat; hi ut ullis legibus teneri ſe putent, aut Artis Regulis ſubjici patiantur? imo vero ſui quamvis juris, Artis tamen Legibus ſubjacent inter ſe quidem communibus; utcunque multum iis aures poſteræ ætatis derogarunt. Parum ſuperſtitioſi fortaſſis in expendendis ſyllabis, ita tamen, ut ſiquid in blandimentis aurium deſideretur, id omne ſtyli ſalubritas abunde compenſet.

Hactenus figuras dictionis, qua res tulit, brevitate, recen-

ſuimus; nec admodum indiligenter tamen, modo ut fidem aſſertionibus noſtris aſtrueremus: Multum facit ad puritatem orationis, ſcire quomodo voces in ore populi ferantur; communis Græcorum dialectus dictionibus figuratis magis gaudet, quam rectis. putidum eſſet verba vel nomina incontracta potius in ſermone vulgari proferre, quam ea, quæ ſynæreſis uſitatior per ora civium traduxit. Ratio loquendi literatoribus relinquatur. multum conducit ad Grammaticas vel Lexica conſcribenda, ut vocum origines ex alto repetas. Conſuetudo emendate loquentium lectis verbis oratorem magis inſtruit. Beda non abſurde tradidit, Autoritate contemni regulas Grammaticorum. tanti fuit in cauſas & affectiones vocabulorum inquirere, ut ingenia literatorum non de plebe exercuerit. *Tryphon ὁ Ἰατρὸς* cognominatus, Alexandrinus Grammaticus, Auguſtæi ævi ſuppar, materiam dignam judicavit, in qua ſedulam operam collocaret. Idem *Apollonio*, pariter Alexandrino, non incelebri ejuſdem artis profeſſori, viſum eſt. *Hephæſtion* comicorum dubiorum ſolutiones poſt ſe reliquit, item reſolutiones Tragicas, nec non περὶ τῶν ἐν πτήμασι ταραχῶν, de offenſionibus inter poemata repertis. eleganti Metaphora qua innuuntur pavores equis currentibus incuſſi inter certamina, unde etiam ara in Hippodromo erecta fuit, Taraxippo cuidam numini, ubi aurigæ ad ejuſmodi formidines avertendas vota faciebant. Plurimum autem confert cognitio figurarum ad omiſſa Proſodiæ ſupplenda. Latium vetus nihilo magis ſeveras Muſas coluit quam Græcia. Syllabæ, paſſim multimodis communes: dictio nunc hiulca, alias in ſe compreſſa, nihil admodum auribus lenocinari delicias requirentibus. erat enim illorum oratio quam vita, minus compoſita: currebat ſeculum tunc moribus incorruptiſſimum, dum ſtabat Carthago. Placet interim paſtoritia ſimplicitas, vernæ ſales, & rus quod adhuc olet fugientis ab orbe Romano Aſtrææ veſtigia. Erunt in honore Plautus & Terentius, dum pretium manebit Latinis literis. per inquiſitas, qua licebat, numerorum rationes lucem fœnerare conati ſumus, iis autoribus accuratius tenendis, quos ab ultima Latinitatis infantia, perpetuus ſeculorum decurſus, communibus ſuffragiis, tanquam

pro-

probatiſſimos, poſteris tradidit. Terentium *Eraſmus* dum illuſtrat, omittere non potuit quin verſuum quoque rationem ſtrictim attingeret. Brevis illa præceptio, quam Commentariis præmiſit, tantum ingenii, eruditionis, judicii, jam tum in re metrica, ſpecimen exhibet, ut nihil admodum tanti viri exiſtimatione indignum in ſe contineat. *Goveanum*, *Glareanum*, *Scaligerum* patrem, magnos pariter viros, ætate ſibi ſuppares, ejuſdem ſeculi lumina, æmulatione ſtudiorum, nomini iniquiores habuit. Ipſe apud poſteros, id eſt minores, famæ certus, & invidia major. *Goveanam* quidem tranſverſum egit Regularum novæ Poeſios, quas in Schola puer imbiberat, obſervatio religioſa. Nihil igitur mirum ſi prava ratione uſus, quæ omnem veteribus monumentis autoritatem abrogat, optimum ſcriptorem infinitis prope locis caſtigando corrupit. Siquid in ſuſpicionem falſo venerat, iiſdem ſæpe vocibus, udo digito, hinc illinc tranſlatis, pro ſententia genuina & ab ſe primum emendata, nobis ſuppoſuit.

Bonam agnoſco voluntatem, ſed ubi fides? ſancti juris antiſtes inprimis cavere debuit, nequid adverſus legem Corneliam, quæ eſt de falſo, committeret. *Glareanus* & ipſe paulo anguſtius omnia Terentiana in Iambicum & Trochaicum genus concludit. *Julius Cæſar Scaliger* libris de Arte Poetica non ineruditis laciniam de verſibus Comicis attexuit: ibi pro jure ſuo ſibi ſumere non veretur, quæ viri docti cunctantius ipſi concedent. Amica figurarum auxilia potius quam recipiat, Creticos, Bacchios, Antibacchios, retragantibus, quantum eſt veterum Grammaticorum, Iambico generi infundit. Erat ille ſubtilis admodum philoſophus, & in humanioribus literis, pro captu ſeculi, quod agebatur, non infeliciter verſatus. plurimum laboris, acuminis, quod ſatis erat. Idem tamen ſerus ſtudiorum, gloriæ ſupra modum appetens, eoque alienæ laudis minime fautor. Ille quidem inter renaſcentis literaturæ principes cum primis numerandus, tamen dum nihil neſcire ſuſtinet, dum Eraſmum æmulatione tanti viri gloriæ acrius inſectatur, in hoc genere doctrinæ, quod tum rude fuit, non raro turpiter impingit. Eraſmo, fateor, nocuit laboris extenuatio quædam jactantior, in ſiniſtram par-

tem accepta cum ſub initium commentarii dicit ſe *quatriduanam opellam* ſumpſiſſe, ut adoleſcentulis aliquam circa dimenſionem verſuum difficultatis partem adimeret. hac anſa arrepta, Glareanus ei feſtinationis crimen ſubinde impingit, & faſtidii; qui quatriduanam hanc opellam pueris venditaret. videtur enim de tali autore minus honorifice, quam par erat, ſenſiſſe, quem tam perfunctorie tranſcurreret. Scaliger autem, poſtquam Eraſmum magnum virum feciſſet, ut adverſarium non uſquequaque ſe indignum ſubornaret, & inſtrueret; ſenſim eundem demolitus erroris, ignorantiæ, impudentiæ, non graviſſimis ſane, nec ſemper juſtis de cauſis, inſimulat: Batavis omnibus, univerſo ejus populo, inclementer loquitur. Denique nec hanc vanitatem indictam prætermiſit; ait enim, *hæc magna ingenia, plus uſurpare nominis, quam ponant operæ.* Quid in cauſa fuiſſe putemus, cur homo liberaliter educatus, eo intemperantiæ ſit prolapſus, ut virum de literis optime meritum, tam illiberaliter tractarit? iratum exiſtimas: imo vero tantum nominis ſplendorem graviter ferebat & invitis reſpiciebat oculis. Hoc nimirum eſt adverſarium non curſu ſuperare, ſed vi impellere. nec palmam auferre merentur certamina non legitime obita. *P. Anteſignanus* etiam notis ad oram libri poſitis, quos voluit, ſingulis verſibus, tanquam proprios attribuit pedes. operæ largus ſed conſilii ſemper incertus inter *Eraſmum* & *Scaligerum* ultro citroque fluctuat atque jactatur. *Gaſpar Scioppius* aliquid huic diſquiſitioni de ſuo contulit, cui ingenium ſagax & judicium ſtabile detrahi non debent, quæ eſt humanitatis pars altera. *Guietus* elegantis literaturæ & novæ Poeſios laude florentiſſimus Terentium ſiquis alium, (dicetur enim) indignis modis tractavit. *Tanaquillus Faber*, ſemper feſtivus, aliquando felix plura de eodem argumento adjunxiſſet, ſi Salmurium ſuum, ad injuriam temporis reſarciendam, & bonos autores à ſemidoctis librariis vindicandos majoribus ſubſidiis inſtructum fuiſſet. *Aubertus Giſanius* rei antiquariæ peritia ultra ætatem eminuit. *Joachimus* vero *Camerarius* verecundiæ, neſcias, an ſcientiæ laude præſtantior, non magna profeſſus, plurimum in metri Comici examine præſtitit: licet acervatim poſita minus

feriant

feriant oculos. Horum veſtigiis inſiſtentes, ſiquid ulterius indagare voluimus, non ingratum fore confido viris humanioris literaturæ non faſtidioſis. Viam nobis quadamtenus munivit doctorum virorum cura in caſtigandis optimis linguæ Latinæ autoribus, maxime vero poetarum vetuſtiſſimis. Hinc paſſiones verſus haud ignobilis aperire fiduciam cepi, quo modulus & pes verus (ut in Nuncupatoria ſupra dixi) ſtatuatur ad quem reliqua vetuſta Poeſis exigi poſſit. Id eo libentius facere conatus ſum quod hæc Proſodiæ pars deſiderata, nec in noſtra domi Grammatica, nec in ullis fere exterarum gentium Artibus pro rei dignitate habetur. Obſiſtit enim alta vetuſtatis caligo: nec ad minutias ſonorum ſupputandas homines in ſtudiis quibuſque majoribus occupati rationem demittunt. Fuerat operæ fortaſſe pretium numeris animum diligenter advertiſſe, ut loca falſo ſuſpecta culpa eximerentur, corruptis medicina fieret, ſua vetuſtiſſimis Poetarum conſtaret integritas. nec indigni videntur, quibus id operæ demus etiam ut ex ipſis reliquias reliquiarum colligamus, quamvis humiles & obſoleti appareant. Rudimenta Poeſios Latinæ à Punico bello primo, jam inde ad Auguſtæum ævum, ducentos paulo minus annos, plus caſtimoniæ quam cultus habuerunt. Oratio pura, morata, nec ſalibus caruit nec ſpiritu. Numeri duntaxat paulo ſolutiores. veteres enim honeſtate verborum delectati ſalebras in verſu ſuperare maluerunt, quam ut de recto compoſitionis tramite deflecterent. Cum autem eorum ſermo multum ab urbanitate ſeculorum inſequentium variet, literis nunc oppreſſis, nunc expreſſis; revera plus illis licuit, quam poſteri ſibi ſumere deberent. Quouſque vero hæc audacia ſe extenderit, quod ex ipſis qui ſuperſunt, autoribus inter ſe collatis erui poterat, in medium proferre ſedulo laboravi. quid præſtiterim, aliorum eſto judicium: certe voluntatem æqui judices boni conſulent. Quicquid erit; hæc ut probe teneas præclarum eſſe non pugno; ſin omnia vetera ſubductis ſuperciliis etiam oblata repudies & abs te rejicias, vereor ut apud omnes ignaviæ ſuſpicionem effugias, & ne quibuſdam indoctior habearis.

Cum

Luctus & Laudatio.

Cum Senarii sub prælo gementis curriculum a meta jam propius abesset, ecce! repentinus nuncius ad aures nostras, attulit, optimæ spei juvenem (unde huic, quali quali opusculo lumen eram mutuatus) procul in urbe variolis extinctum. Increbrescente rumore, notos pariter & ignotos, tota passim Academia, tacita quædam subiit miseratio, paternam domum modo florentem, uno ictu, gravi quidem & insperato afflictam, tantum non concidisse. Versabatur ob oculos, repetita masculi sexus orbitas: in cubiculis modo frequentibus (habuit enim adolescens humanissimus suos quoque cultores) ingens solitudo, & silentium; nec æquales solum, studiorum æmulos, jactura perculit; Venerabiles doctrina simul & dignitate senes officia consueta, observantiæ plena, desiderant: omnem denique juventutem mors propius admota terruit. Mihi cum illo parva, fateor, intercesserat, nec pœnitenda familiaritas. Dolebat igitur non magis meam, quam patriæ, vicem. Sentiebam præsidio nudatus: supereſſe bene multos, qui de re metrica judicarent; vix alium, qui cognosceret. omnes enim rerum suarum magnarum satagere, alieni circa materiam tenuem laboris parum æquos æstimatores. Sed quo sortem nostram expostulare? Exemplum modestiæ, & laboris improbi, sibi ereptum queritur juventus Oxonienſis. *Habuit vitæ suæ modum fortis adversus Voluptates; etiam sermonis, risusque continens. Talis in forum propulsus non sibi in jurgiis quotidianis esse laborandum statuit: vocem ad quæstum exercere, aut latera firmare: nedum vero colores inducere, quo causa deterior, melior fieret. Jura divina,*

vina, humana; domestica, externa; vetera, nova excutere decrevit, ut ex iis omnibus inter se collatis (quod Apelles in Venere Coa fecisse dicitur) eximiam illam honestatis formam, rectæ rationis imaginem exprimeret, quæ oculis civium subjecta, omnium animos & obsequia in se raperet. His studiis subinde lassum refecit aliquid ex veteri Historia Græca, aut moderna Philosophia. Vicesimum primum ætatis annum jam compleverat. In spem opimam ipse natus, & is à quo his artibus innutrito, tali ingenio, atque animo, tantis subsidiis innixo, nihil non utile atque eximium patria sibi promittere potuit; cum altero post mense, febricula correptus, papulis toto corpore efflorescentibus, decimo circiter, quam decubuerat, die (qui morbi fere in utramque partem decretorius) decessit. Recenti documento, nihil valere quod homo speret, aut promittat, aut consulat, nisi ratum habeat supremus rerum arbiter. Nitidas & pubentes segetes contemplatur futuro, quem animo jam præcipit, proventu lætus agricola. nequicquam. Sidus enim malignum subito exortum agros afflavit, & spem totius anni intercepit. quid ille lætitia temere concepta dejectus faciat, nisi ut pace superum victimis impetrata, quod reliquum, est gratus colligat? Tu vero, adolescens post nullos memorande, neque fefellisti, neque omnino falsus es. Hæreditate non cares: cui sors melior obtigit. nec enim egestas sola male suada; multos cælestis originis immemores, opes in terram vivos defoderunt. Tu vero, incertis futuri subductus, in tuto sedens, tam de secundis rerum, quam adversis triumphas. Manet pios, apud clementissimum Dominum, etiam recte propositi merces: Bene cœpta

pro

pro factis reputat, quorum cursus non nostra culpa abrumpitur, sed ipsius bene placito, ubicunque metam defixerit, absolvitur. Nec eo nomine Deo minus carus censeri debet castus, & verecundus, & rerum humanarum contemptor, quia moritur juvenis. Parentibus autem, ausim dicere, in summo mœrore plus gaudii reliquit. Denique huic Academiæ, in qua genitus est, & institutus, rectæ disciplinæ & morum informationis decus; uberrimum laboris pretium.

PÆON, *sive* Pæonici *generis versuum in* Creticis, Bacchiis & Antibacchiis *Leges & licentia, ex Plauto maxime probata, sub prælum succedere festinat:* (*Deo volente*) *cis alterum tertiumve mensem in publicum proditurus.*

FINIS.

INDEX

Quorundam Memorabilium, partim Addenda continens.

A.

A Blativus tertiæ Declinationis extendi patitur XVI. 235
Adverbia in o desinentia finalem habent ancipitem XV. 221, 222, 223. XVI. 225, 226, 227.
æ in ai dissolvitur X. 130. cum *e tenui* confunditur III. 27
Ait; unius; *aiebas*, *aiebat* duarum syllabarum IX. 3
Alteri, *altri*. alterum, *altrum*. alteris, *altris* XII. 155
Alterius penultima veterib. com. ut Gen. in ius simplex XI. 140
Amatoribus prima prod. XVI. 233 notus ille Petronii Scazon.
Artis se veræ siquis amat effectus. ubi Joseph. Scalig. edidit. *hamat*. Vernilitas ea neque Plautini seculi sales dedecuit. erit igitur in satyrographo ex honeste & nove veterum dictis.
av. patitur Ecthl. V. 69. Angina ut ἀγχόνη med. corr. XII. 210
Antesignani judicium de Met. Com. parum stabile XVI. 244
Annuit *Annuvit* propter augmentum Præteriti XI. 143
Aquæ trisyllabum X. 136. *Ardum*, aridum XII. 156
Argentum, *aryentum* XIV. 208
Aristophanes bis tentatus II. 14. eidem vox restituta & eadem macula Scholiis Acharmens. adempta XVI. 239
as, *es*, *is*, *os*, terminationes longas seq. vocali absorberi II. 7, 8.
ante *esse* per Aphæresin coalescere II. 8, 9,
Asperis, *aspris*; *aspros*; *aspre*; *aspriter* XII. 155
Astrologos secunda producta XVI. 133
Attius Phœnissis; restitutus & digestus XIV. 186

INDEX.

B.

BETO cum compoſitis; *Abito, adbitò, ebito, imbito, perbito, præterbito, rebito,* ſed *foras-beto*; valent *eo* cum iiſdem comp. XVI. 237, 238
Biclus, vitlus, vitulus marinus XII. 152
Boni, *bni*; Bono, *bno*; bonum, *bnum*; bonam, *bnam*; bonas, *bnas*. bene, *bne*. XII. 161, 162. Scaurus ait *b.* præjacere *n.*
Breves vocales inter mutam & liquidam aut adeo ſemivocalem inrerceptæ ſæpe excluduntur XII. a 158. ad 162. in Nominibus Diminutivis ut *aliquantlum, auriclæ, cirelis, mundlus, ſpecla* (à ſpes) *ventlus*. in Nom. Diminutivæ formæ. *Oclus, poclum, maniplus, poplus, tablæ, vidlum, unglæ*. Adverb. *Singlariter*. Verb. *vaplo, poſtlo*. Particip. *congratlans, coplatus*. in Præterit. a tuli compoſ. *Attli, detli, extli, intli, obtli*. XII. 151, 152, 153

C.

CAnte m. non ſemper valet ad poſitionem III. 24. ne in diverſis quidem dictionib. III. 24, 25. V. 64
cn, chn, gn. communem vocalem præcedentem relinquunt III. 25, 26. *c.* ſequente dictione ab *n.* incipiente idem facit. Ibid. item ab r. auſpicata V. 64
ct. ut x. quantum ad Poſitionem debilitari contingit III. 29
Joachimi Camerarii laus. XVI. 244, 245
Caput, *caupt*. Monoſyllabum XII. 164
Cato à qua voce Origg. libros auſpicatus eſt III. 21. in Orationib. *die hanc* pro *diem hanc* ſcriptum reliquit ut Quintilian Inſt. Or. IX. 4. teſtatur VIII. 91
Cedite *cette* XII. 153
Cicatrices prima producta XVI. 233
Civi, *cii*. XVI. 239. Civium, *ciium*. Civitas *ciitas* XIV. 186
Columbari prima propter liquidam producta XVI. 233
Comicorum lectio Oratoribus utilis. XVI. 240
Communis ſyllaba IV. 51, 52, 53. propter *mutam* ante *liquidam*

dam etiam in *diversis* dictionibus III. 24, 25, 26. V. 64. propter *Vocalem*, ante vocalem in diversis vocib. IV. 38, 39, 42, 46, 48. in eadem XI. 141. Eustathius in Iliad. 1. adhæc verba Εως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε. notat. articulum ibi communem fieri syllabam propter *Aspirationem*, accentum *acutum*, *tenuem* sequentem, vel quia *pars* est *orationis*. *hoc* nomine δὲ extenditur V. 51. *eodem* & *aspirationis* sequentis nomine Καὶ μὲν οἱ Λύκιοι. propter accentum *acutum* ante que, *gemmeaque ephippia*. quam doctrinam latenter innuit Virgil. in Æneid. *turbataque arripe castra*.

Concubinam. pr. corr. XII. 157. *Coturnicem*; *es*. pr. l. XVI. 233.

Cui prima producta. XI. 139. *Cujus* monosyllabum IX. 104

Cupit. prima producta *Cuppit*. Nonio *Cuppedia*, cupiditas. Cic. Tusc. l. 4. (sect. 11.) Ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinulentia, *cuppedia*. quam scripturam Gruterus nihilo magis in textum recipere est ausus. Festus à cupiditate vocem deducit. mihi eam vocabuli originem esse pro compertissimo non habetur. Hesychio Κοπτά· μελίπηκτα. Plautus ut & Festus cupedia; Gellius Cupedias appellat, lautitias ciborum. Cupedinis forum, ab equite nescio quo, qui ibi habitasse dicitur, Varroni denominatum. *Cuppedine* Lucretius quinquies. Poterant istud forum insedisse, cum cetariis, pistores dulciarii. *Cuppes*. fastidiosus. Isidorus. Cupedius, κνιπος Taubmannus in Stichum 54. 31. Gallice *Friand*. XVI. 234. Nihil addo.

D.

DEpentheticum ex *proderit* excluditur & *antideo* XI. 142
ex *Reddo* III. 21.

d. subintelligitur, ubi productum legimus *in*, *inaudio*, *inique*, *inorabilis* XVI. 232

d. Paragogicum omittitur in *quod* XIII. 166, 167. in *apud* XIII. 168. in *sed* XIII. 181. attract. in Me, te, se. IV. 50. VII. 72

d. ante *m*. non semper positura longum, ne in diversis quidem dictionib. III. 26. nec ante *n*. III. 28, 29. V. 64

Dativi tertiæ Declinationis in Vocalem desinunt communem *Cani* κυνὶ Esuriente leoni per e. vel i. XV. 221
Davi *Dai*, Δάϝ Δάϋ XII. 155. refer ad XIV. 189
Deam, um, os, contrahi ut θεοὶ, θεῶν, θεοῖς, θεούς. IX. 107
Deca, decem; ut ἕνεκα, ἕνεκεν. voce Coaccedunt. IX. 124
Dedi pr. longa XI. 142. Degerere, *deyrere* XIV. 209
Deorsum, deosum. Ital. *Giuso, giu. seorsus, um*. IX. 108, 109
Dies, em, e unius syllabæ. *Die septimi, diu, diutius, diutinus* IX. 115, 116. Diphthongus ante vocalem in eadem dictione corripitur XI. 141, 142.
Dolet. *il deult*. XII. 157
Domi ult. comm. XV. 219, 220. *Domo* ult. com. XV. 220, 221
Duæ, duas, duorum, duum, duobus, duos, duas, duasne, duelli. duellatores, duellicus, perduelles, per syllepsin contrahuntur IX. 101, 102

E.

EGO, *yo*. egon' *yon'* XIV. 108. ult communi XVI. 227, 228
Ei contrahitur in un. syll. IX. 105. resolvitur in. Spondeum XI. 137, 138
Ejus monosyll. IX. 103, 104, 105. ejusmodi Ib. trisyll.
Enim finali extrita. *enim* inceptiva particula XIII. 180. 181
Erasmus Scaligerum patrem minus æquum expertus sibi invidiam creat, affectata proprii laboris elevatione XVI. 243
Er'pio, Eripio XII. 154
Es, longa syll. XVI. 226, 227. *Esse* pr. corr. III. 17, 18
Est cum compos. *adest, inest, potest* corr. II. 11, 12.
Eum, eam; eo, ea; eorum, eos, eas, contrahi IX. 105, 106, 107.
Eunt, eas, eat, eamus, transeuntem, contrahi IX. 108
Eupolis turpi mendo liberatus XVI. 240

F.

TAnaq. Faber judicium salibus intinxit XVI. 244. falso suspicatur Ducentos, trecentos med. cor. v. Philippus.
Facit *Faict* Fecisti, *fe'isti* XII. 158

Fenestra

Feneſtra med. cor. II. 15, 16. Feſto dicitur Feſtra.
φέρεϛ· φέρϛ. XIII. 182. μηδὲ μηδ' ante conſ. XIII. 172
Fero, cum compos. *Aufero*, *differo*, *effero*, *Feventani*, *Ferentarium* e tenue excludunt. XII. 159, XV. 221
Fide unius ſyll. XII. 164
Fierem, *fieri*, *confieri*, *interfieri*, naturam verbi, fio, ſequuntur XI. 140, 141. *Fiet* IX. 119. *Fiant* unius ſyllabæ IX. 114.
Fluvidum, *fluvida* prim. prod. XI. 143. refer. ad XIV.
Foras, *fras* XII. 160. Foras-evocate, *Fras-ecate* XIV. 200
Fores *fres* XII. 160. Forte, *fort* XIII. 174. Forum, *frum*. XII. 161
Frigidus, *freddo* frigidaria, *freddaria* XIV. 208
Fui, *fuimus*, *fuerim*, *fuerint*, tanquam *v.* inſerto XI. 142
Fuiſti, *fuiſſent*, *fuiſſe* diphthongeſcunt IX. 126
Furium diſſyll. Porcio. Dum ad Furium ſe cœnitare & Lælium, pulchrum putat.
φυλλεῖα, reſegmina arida naporum vel raphanorum; item thyrſi lactucæ XVI. 239

G.

G Interdum poteſt *y*. XIV. 206, 207, 208, 209
g. cum *l*. per hypertheſin ſonat XIV. 211, *g*. præcedente *n* mere gutturalis eſt XIV. 209, 210
Geminatio præteritis quandoque detrahitur XII. 151
Geminæ literæ non ſemper valent ad Poſitionem III. a 17. ad 22. facile conciduntur ut Indidem, *inidem* XII. 156. Præteritis vin *xi*, *pſi*, & *ſi* quoties *ſ*. inſequitur XII. a 143. ad 150. etiam ſyllabæ vocibus inter ſe confuſis II. 16. XIII. 182
Geminatio conſonantium, ex vulgi illiterati conſuetudine, Poeticæ licentiæ originem præbuiſſe videtur ut p. in *Trapezita*; b. in *Tabernaculo* c. in *Cicatrices*, t. in *Patellarii*, *Coturnices*; ſic apud Græcos, ὄλ· ὄπι. ὀ, λ· ὄ, πι. d. in *Podagroſis*, *Pudicitiam*. Græcis ἔδδϛον. ἀδδηφαγία. l. in *Aſtrologos*, *Polentarius*. Græcis ἐλώρια, ἔλλαβες, πολλὸς a πλὺϛ. *manicas* a μάνϛ. cupit, *cuppit*. quæ ſingula, ſuis quæque locis, requirantur.
Genitivus & Dativus Quintæ Declinationis natura longi, licentia in quibuſdam vocabulis corripiuntur XI. 140. alibi contrahuntur IX. 110

Γέρον, γρὸν. γεραιὰ, γραῖα XII. 161
Aub. Gifanius antiquæ literaturæ vindex acerrimus XVI. 244
Gloriam, gloriose vacales continentes conflant
H. Glareanus Erasmo iniquior XVI. 243
Ant. Goveanus Jurisconf. politissimus circa numeros Terentianos idem semper hallucinatur XVI. 243
Guietus, præceps & ferox Gallus, rigidam & atrocem in Terentium censuram exercuit. VII. 88. XVI. 244

H.

H. Veteribus Grammaticis modo spiritus asper, modo consonans dicitur, synalœpham impedit, *mi homo* III. 26. idem facit IV. plusquam tricies. deinde quia Positionem adjuvat. V. quindecies & alibi denique quod Ecthlipsim prohibet VI. passim. h Velio duplex litera dicitur.
Ab Hephæstione discessum super penult. in δικάζεσθαι II. 14. quod Positionem in *consonis diversas voces sortientib.* non posse debilitari colligat, quia alibi non infirmentur III. 25
Hercle, *hercl.* XIII. 175
Hiatus brevem producit IV. 33, 38, 39, 42, 45. XVI. 234. item longam corripit IV. 48
Hisce *his* XIII. 174. *Huic* priore longa XI. 139. XVI. 234
Huic cave degeneres. Lector humanus in Nuncupatoria corrigat. *Hujus* monosyll. IX. 103, 104. Dores, teste Prisciano Genitivis Pronominum addunt s. in fine ut ἐμοῦς. Hujus esse, *hui'sse* II. 9.

I.

I. Sequente vocali in eadem syllaba, consonans esse traditur; sed est sub eadem figura potestatis ambiguæ XIV. 204. Positionem non imperat XIV. 204, 205. synalœpham præcedenti vocali illidit XIV. 205. adhærescit sequenti vocali per syllepsin, ut *mulier*, Pyrrhich. juxta illud Homericum μηρὰ ἔθεμεν Ibid. ia, ie, io, iu. IX. a 111. ad 124
Iam. dissyllab. nunc iam X. 132, 133 *Yam* posit. deb. XIV. 205
Ibidem, ut ibi; med. com. XV. 223, 224. Lucretio semper producitur.

ducitur. fortaſſe propter acutum accentum ante adjectionem.
Ierant prima producta, ut iverant XI. 140
Ille priori brevi III. 18, 19
Imperativi 1, 2, 4. Conjugat. in a, e, i. corr. XV. a 212, ad 219
In liquida extrita, XIII. 181. producitur XVI. 232
Inde, *in*; cum comp. perinde *perin* proinde *proin* XIII. 176
Infinitivis extremam vocalem præcidi XIII. 182
Ingenium *inyenio* XIV. 209, 210. Interibi *intribi* XII. 156.
Jocum, triſyllabum *i* & *o* reſolutis X. 134
Joco, *Yoco*; diſſyll. Poſitionis invalidæ XIV. 204
Ipſe prim. corr. III. 31
Iſte pr. brevi II. 12, 13
Juncus præcedentis finalem elidit XIV. 205
Junix, *Juvenix* Ruſtice XIV. 192. Juventus *juntus* XIV. 192

K.

Κ ἀχκρημνάμεναι· καὶ εἶτα κρημνάμεναι.
Καλλιπὼν, καὶ εἶτα λιπών. καὶ τῶν· ϗ εἶτα τ XIII. 174

L.

L Geminum raptæ ſyllabæ non obſtare III. ab 18, ad 20.
Larua, *laruatus*, *larualis*, u. diſſolvunt X. 135
Liberis, *libris*; liberalis *libralis*; liberet, *libret*; liberare, *librare*. Liberius, *librius* XII. 154, 155
Lien, *lienoſus* concretis vocalib. IX. 116

M.

MAgis *mais*, *mai*; magis immortales *ma'immortales* magis eſſe, *ma'iſſe*; magis exigere, *ma'xigere* magis oppletis, *ma'uppletis* ut magis velle, *malle* XIV. 206, 207
Magiſtratus, *maiiſtratus*, *maiſtratus* XIV. 207
Major, *maur* IX. 129. *Malum* un. ſyll. XII. 162
Manicas pr. com. XVI. 234. *Manus* un. ſyll. XII. 161
Martialis autoritas in dubium vocata IV. 53, 54

Materialia in *eus* contrahuntus IX. 99
Merere de aliquo VII. 86. XVI. 238
Mi homines; *mi* hoſpites; *mi* ſpectatores. *miis* nuptiis IX. 122
Miluus, *miluina*, reſolvunt u. X. 135
Modo cum compoſ. *Quomodo*, *poſtmodo*, *eodemmodo*, *novo-modo* ult. com. XV. 222, 223, 225, 226. Modo, *mo* XIII. 177
Mulier, pyrrhichium XIV. 205

N.

NEgas, at, ato; *nays*, *nayt*, *nayto* XIV. 207
Nehabeo, *n'habeo* XVI. 239. Nempe, *nemp* XIII. 172, 173
Nevolo, nolo: newill, nill. XIV. 203.
Neutiquam, *n'utiquam* XII. 164, 165
Niſi ult. com. XVI. 229. *Novus* per o. caſus contrahitur XIV. 192

O.

O *Mnis* pr. com. III. 26, 27. Opera, *opra* XII. 152

P.

PArticulæ per Craſin præfiguntur vocalibus VII. 70
Patellarii pr. prod. XVI. 234. Pater *Pere* XII. 163
Pauſa propter abſolutam dictionem juxta leges Muſicorum, & Rhythmicorum Ectaſin inter Metricos fecit. V. 54, 55, 56. præſertim in Cæſuris per omnem ſemipedem eam peperit. V. 57, ad 60. imo ſyſtolen interdum creat, ubi ſequitur major, minorve diſtinctio; ſi cola raptim aut vehementer efferuntur. XVI. 224, 225. Pedes *pieds* XII. 164
πλωελάσιο· πηλλάσιο. πλωελόπη· πηλλόπη XII. 163, 164
Penum, *pnum* XII. 16. *n.* ſubjacere poteſt *p.* teſte Scauro.
Perdſt *pert* Periclum perii, diſperii, perire, imperitum, experiri, opperiri e tenue abjiciunt ut *priclum*, *prii*, *diſprii*, *prire*, *impritum*, *expriri*, *oppriri* XII. 158, 159
Plautus emendatus VII. 85, 86. XVI. 238. aliter digeſtus II. 16. VI. 66, 67, 68. VII. 82, VIII. 93, IX. 112. XIV. 200

pn. Positionem debilitat propter syllabæ præcedentis Diastasin III. 30
Phædrus Augusti libertus, sub Caligula jam senex. III. 32
Philippus med. corr. III. 22, 23. Tanaqu. Faber Nott. ad Phædrum supponit ducentos aut trecentos med. corripere; quem loca isthic juxta se posita manifesto redarguunt.
Podagrosus, polentarius prima producta. XVI. 235.
Polysigma vitium II. 16. Pone, *pon'* XIII. 174
Porrigo, *porgo, porgunt, porgebat, porxit, porge, porgite, porgi; exporge.* XII. 153. *Posset* prima brevi V. 64
Præpositiones in Appositione pariter Euphoniæ inserviunt, atque in Compositione. VIII. 91. II. 13
Præiret prima communi XI. 142. *Prior* monosyll. XI. 123
Prisciani lib. de Metro Comico, qualis sit, expenditur I. 3, 4.
Properas, *Propras*, XII. 155. *Propola* prima longa. XVI. 229
Propudi pr. brevi XV. 223. *Protervus, ve* pr. longa XVI. 229
Protinam pr. brevi XV. 223. *Pudicitiam* pr. prod. XVI. 235
Puer, puella, duas syllabas in unam conflant IX. 103

Q.

Quasi ultima communi XVI. 229. *Quatuor* dissyll. IX. 103
Qua via. Spondeus. IX. 119
Que, ne, ve, decurtari Qnodque, *quocq.* un. syll. unum quodque, *unum quocq.* Atque, *ac.* Perque *perq. Mulieremq; fortunasq; gutturq; saxumq; ferorq;* sic *Idn', quodn', licetn'* etiam ante consonantem. Item *Juben', haben', datin', satin', itan', modon';* imo *Dixtin', dedistin', vidistin', audistin'* penult. quoque vocalem absorbent. Sive *seu*, nive (ut neve) *neu*, Quive *queu* ultimam vocalem abjiciunt XIII. a 169, ad 172
Qui pro Quis interrogativ. *Ecqui, Nisi qui, Numqui* II. 10
Quia monosyllab. ultima communi XVI. 228
Quidem extrema imminuta XIII. 181 *Quiesce* dissyll. IX. 114
Quippe *quip.* XIII. 172. *Quis* prod. q. diphth. IX. 127, 128

R.

R. crassum & asperum sonat, adeoque precedentem brevem extendit. ut, Per hanc tibi cœnam. Propter hujusce hospitai. Uxor! heus, uxor! V. 55. Aristoph. Αλλ' ἤνπερ ὁ γλυκύθυμος Ερως V. 16. etiam sequente tenui; Nuper ejus frater. I stultior es. Ibid. Homer. Iliad 6.
Αἴσιμα παρειπών. ὅδ' ἀπὸ ἕθεν ὤσατο χειρί.
r. geminum aliquando Positionem non facit longam III. 24
Re geminat liquidam aut semivoc. seq. XVI. 230, 231, 232
Reddo d. infultum ejicit III. 21
Reliquus, quadrisyll. X. 135, 136. Res est. *re'st.* II. 9, 10
Rogat, ant, em, es, ato. *Royt, roynt, roym, roys, royto* XIV. 207, 8

S.

S. anguis, quam humano sono propior II. 16, 17, eliditur. Diomedes 2. Cap. de comm. syll. Hom. Iliad. 2. 798.
Η μὲν δὴ μάλα πολλὰς μάχας εἰσήλυθον ἀνδρῶν.
hodie impressi exhibent πολλὰ pro πολλάκις.
Sæpe *sæp.* XIII. 172 Sagitta *Saetta* XIV. 208
Sanguis ult. com. etiam Virgilio cui *sanguis ait*, si per duplicem diphthongum explicetur, latentem vetustæ licentiæ notam in se involvit. *sanguis hebet*, vulgati moris. IX. 127
Sapientiæ, quatuor syllabarum IX. 120
Jul. Cæsar Scaliger, Vir in omni fere doctrina illustris, paullo tamen ambitiosior XVI. 243, 244
Schema pr. brevi XIV. 235. referendum erat ad systolen. Multa Græcorum verba inflectuntur per ε. & per η. Σχῆμα formatur à σχέω· sed & σχέσις.
Scio, sciunt, sciebam, scies, sciam, scias, sciens nescius per Syllepsin efferre solebant antiqui IX. 112, 113, 114
Gaspar Scioppius qualis in Mariangeli Arg. 9. XVI. 244
Senex *snex, snem, snectus, snecta* XII. 161
Servat, servom, servitus Digamma ejiciunt XIV. 188
Simodo, siquidem prima communi XV. 221, 222, 223
Simul *siml.* XIII. 176. *Smaragdus* med. cor. III. 29

Soror

Soror, *soor*, *soeur*. litera canina de medio sublata XII. 163
Spondei graves, Tuscus Poesios modus, ad exemplar Dorici. I. 4
Camerarius Poetas Latinos veteres tam magna licentia usos existimat, non tam fuga laboris aut cupiditate sua edendi, quod Horatius illis objicit, quam necessitate; nec sine judicio. custodiebant enim, ut erant domesticis institutis addictissimi, ne aures civium, Atellanis & id genus Latinis Poematis assuetæ, peregrinitate offenderentur.
st. supprimi in totum, vel sibilum abjicere solere quemadmodum apud Græcos fit in ς vel σϑ. II. ab 11 ad 16
Stellio diffyllabum IX. 122
Strigibus *striyibus* XIV. 210. Strigilibus, *striyilibus* XIV. 209
Studet, *stut*; student, *stunt*. XIII. 157
Surripere, *surpere*; *surpuit*, *surpuerat*, *surpite*. XII. 154

T.

T. Ante *l*. Positionem infirmat; in eadem voce III. 28
in diversis III. 28. V. 64. ante n. III. 29
Tabernaculo prima producta XVI. 235
Tamen, *tam*; tamenetsi, tametsi, *t'etsi* XIII. 177, 178, 179
Terentius castigatus VII. 86. vid. XVI. 210. interjectione a fine versus ad principium seq. traducta II. 16
Tibi, *ti* XIII. 177
Trapezita prima producta XVI. 235
Turpilius Philopatro emendatus VII. 86
Tympanum, τύμπανον prima corr. III. 28

V.

U. Litera ambiguæ potestatis XIV. 184. in *Aves* lb. 186
Boves, *Jovem*, *Navis*, *Ovis*, silet. 185. cum avunculo *co'onculo* VIII. 93. sua vaniloquentia. *sua 'niloquentia* vobis *oubis*, XV. 193
Vah! Ecthlipsi aut Synalœpha præcedentis finalem afficit; perinde ac si à vocali ordiretur XV. 201

Varronis fragmentum, ex Servio de 8. part. orat. MS. V. 62.
Vel arte ſedet in verſu XIV. 201, 202
Venio, verto, cum compoſ. *averto, circumvorto, convorto, prævorto, revertor. video* capite multantur XIV. 197, 198, 199
Venuſtus, venuſtas; vetuſtas truncantur XIV. 193
Vereor, verebamini, veretur, verecunde, verecunditer. vero, verum. viros, vocalem primam excludere XII. 159, 160
Virgilius antiquitatis, quamvis eam bene diſſimulet, retinentiſſimus. II. 8. IX. 112, 113, 119. XIV. 189. v. ſup. *Sanguis*
Vivit monoſyll. XIV. 200. *Unde* Apocopat. XIII. 177.
Voco, evoco principalis ſyllabæ jacturam facit XVI. 199, 200
Volo, vis, vin', mavis, volt, nevolt, nevoltis, ſi voltis, volunt, volam, voles, velim, velis, velit, vellem, velles, vellet, voluntatem, voluntate, voltu Digamma abjiciunt XIV. 194, 195, 196, 197
Voluptas, ti, tem, te, tes. Voluptarii capitis minora. III. 29, 30
Volturius *uulturius* XIV. 193. *Uti, ſicuti* ult. com. XV. 221

X.

PRæterita in *xi, pſi, ſi* ſequente *ſ.* brevem vocalem interimunt XII. ab 143. ad 150. ſimiliter exiſtumo, *extumo* II. 9
Cornix eſt, *cornix't.* II. 11

Y.

POteſtas Υ. latet ſub figura *J. Yapeton,* Japeton; *Yapetide,* Japetide; *Yazyges,* Jazyges; XVI. 204
Yam, Jam. Neque id iam. Anapæſtus, XIV. 205
Yoco. Joco. An id joco dixiſti? incipit à Tribrachy. XIV. 204
Yuncis, Juncis. Quaſi murteta juncis. *Quaſi murtet' Yoncis.* per Synalæpham. XIV. 205

FINIS.

UMI